Sive animalis que in sensibus et appe-
titibus consistit, considerando quomodo
creet singulorum sensus, quomodo sensibus
instruit appetitus, ut et animalia sciant
quid et quantum appetere debeant. Sive
rationalis que est in factis et consiliis,
considerando scilicet que est illa sapientia
que omnes cogitationes cordium et
omnes appetitus voluntatum ita retorquet
ad suum arbitrium, ut nichil possit in-
veniri in eis quod non ipsa ad decorem
operum suorum aut preparando aut permit-
tendo fieri velit. Species etiam
declarat pulchritudinem, tam species
figurarum quam colorum. Figurarum mirum
primo quia mirabiles sunt figure secundum
magnitudinem, sicut cum miramur
gigantem inter homines, cetum inter
pisces, griphem inter volucres,
elephantem inter quadrupedes,
draconem inter serpentes. Secundo quia mira-
biles sunt secundum parvitatem, ut sunt
tinea, sciniphes et huiusmodi. Quis enim mi-
ratur dentes tinee et apis alas,
cuspis ut gryllis, caput equi et
locuste, crura elephantis et culicis,
rostrum suis et simie. Sic enim in
eis sunt omnia lineamenta nature sic di-
stincta ut miretur sapientiam illam
que in nullo deficit in rebus minimis

que formavit in magnis. Tertio mira-
biles secundum raritatem, que enim rara
sunt mira sunt, vel quia in genere suo
pauca sunt creata, vel quia in occultis
terre sinibus abscondita sunt. Hec autem
seorsum collocata sunt ne noceant
hominibus si sunt noxia, vel ne cu-
piditatem inflamment si sunt preciosa,
sed ut ad meditationem excitent quia sunt
rara. Immo si homo pro huiusmodi temporalibus
adipiscendis tantum laborem sustinet,
multo fortius pro adipiscendis eternis
laborare debet. Quarto mirabiles propter
pulchritudinem, ut ex ipsa dispositione
operis specialiter adhibita videatur dili-
gentia creatoris. Quinto propter monstruosi-
tatem et ridiculositatem, ut quanto contra-
rio sunt tanto magis animum humanum
in ammiratione suspendunt. Sicut est illud
quod cocodrillus solam superiorem molam
movet dum comedit, quod salamandra in
igne vivit. Sexto propter nature regularita-
tem, quod unumquodque custodit sue nature or-
ginem. Homo enim generat hominem, non
canem vel leporem, canis canem
non hominem, et omnia sue originis
servant similitudinem. Folium enim serta-
tis convenientibus quasi per girum dis-
tinguuntur, et intus quasi punctis con-
stellatis hinc et illinc intexitur, et in omnibus
hec sunt unius generis invenitur unitas
similitudinis, ut quot sint dentes in
uno tot sint in alio, sunt forma
simul color, ut omnis natura quasi eandem
nature dictante instinctu preceptum habeat,
si timeas sue nature custodiat. Hoc etiam
mirabile quod in uno corpore tot membra,
tot forme membrorum, tot loca, tot
officia. Color etiam facit ad pulchri-
tudinem. Quid enim pulchrius luce
que omnia illuminando colorat et
colorem non habeat? Unde sol rutilat ut
aurum, luna pallet sicut electrum, ce-
lum velut zaphirus demulcet aspec-
tum, stelle lucide, gemme virides,
terra florida, rose rubee, lilia can-
dida, viole purpuree. In quibus
hoc ipsum magis est mirabile quod hec
speciosa inferiora scilicet producuntur
de terra pulvere. Nec solum color natu-
ralis rerum est mirabilis et visui delec-
tabilis, sed etiam artificialis. Qualitas

etiam auget rerum pulchritudinem
in qua sensus suam delectationem inveniunt
secundum suam maiestatem. Visui enim parat
pulchritudo colorum, suavitas cantus
auditui, odor olfactui, sapor gustui,
aptitudo corporis tactui, et quot
oblectamenta oculorum in diversitate
colorum tot aurium in diversitate sonorum
similiter aliorum sensuum, ex quibus omnibus
ad considerandam sapientiam creatoris
ascendimus. Utilitas etiam declarat crea-
toris bonitatem. Que utilitas continet
continet scilicet necessaria sine quibus vivi
non potest. Comoda que magis sunt
ad voluptatem quam ad precipuam necessitatem,
ut in victu hominis vinum et esus car-
nium. In vestitu byssus et sericum. Con-
grua, que licet non possint usui, tamen conveniunt
et congruunt utenti, ut colores et
lapides preciosi. Grata, herbe be-
stie et volucres, que non sunt ad usum
habilia, sed magis visui delectabi-
lia, ex quibus omnibus declaratur boni-
tatis affluentia. Si enim deus sola
necessaria tribuisset, bonitatis sue
divicias non ostendisset.

Unde licet deus est alpha et o principium
et finis non tamen in creatura
deus finaliter cognoscitur, sed per eam prius
ab intellectu adducitur et sic creatura
cognoscitur ad quod probandum inducit
perutile exemplum multiplicia que manifestant
adducti divinam essentiam in creatura. Et
primo sic in methaphysica vestra
tenebris. Dum enim video aurum in tenebris,
non nisi luce adveniente hoc facit.
Requisitus quid videas respondebis aurum
et nichil aliud requisitus utrum
lucem videas qua per quam aurum
visibile redditur actu respondebis
video. Sed non prius advertebam me
videre quod intus adverto. Sed de duobus
entibus defectivis luce et auro
quod est verius ens si quesiero for-
te respondebis lucem esse verius
ens auro quia per eam aurum video.
Sed quid de hiis duobus entibus de-
fectivis indicasti nisi quod ad ens
quod defectum non habet intra te recurristi et
quo ad ipsum recurreras si non no-
veras. Sed ad istud intus recurristi
et per illud indicasti. Ergo prius id novisti
sed prius illud te nosse non advertisti. Nos
enim potuisses indicare illud esse verius
illo, cum utrumque deficiat in essendo nisi
per ens quod est sine defectu essendi aliquo
ens scilicet quod numquam non fuit et numquam non
esse poterit, et non esse intelligi non potest
nec potuit nec poterit. Nec est id
ens ad quod recurris ens anologum
quod tamen tale sit in sola intencione
immo habet de esse quam lux nec aurum.
Non igitur de entibus esse indicabit ani-
ma per illud ens deficiens et varium.
Hoc etiam patet per exemplum in mathematica si
si duo circuli describantur in pulvere
si contingit de hiis te iudicare
oportet te ad diffinicionem circuli recurrere
et iudicabis illum circulum forma-
tum esse minus verum, qui est similior
diffinicioni circuli. Si tamen a te queratur
quid videas respondebis nichil nisi
duos circulos quos prius non habui
esse formatos. Sed ubi hoc vides
dicens in toto circuli quod rectum iudex
est sui et obliqui. Constat ergo quod
verum circuli prius videbas per quam
iudicabas, sed te videre non adverte-
bas. Hoc etiam patet per exemplum in logica
patet in primo posteriorum primus modus
prime figure prefertur aliis figuris
et omnibus figurarum modis, maxime
enim facit scire non solum quod mathematice
scientie in quibus est scientia maxime
demonstrant per hunc modum, nec solum
quia ex hoc solo modo possit concludi
omnis diffinicio, tam illa que est
principium demonstracionis quam illa que
est conclusio demonstracionis vel que est
demonstracio sola posicione differens
sed quia similitudo verum silogismi
habet aliter vel alii modi racio-
nem virtutis et necessitatis silogistice
licet est, que unum et eadem sunt eadem
sibi invicem sunt eadem, que maxime
salvatur in primo modo, et per

Curam animarum et administrationem spiritualium et temporalium eidem committentes

quibus in aliis quo ergo sciri posset ille silogismus esse preferendus et similiter consimiliter nisi pateret tibi causa quia consimiliter defectiva nosse non potes nisi primus noveris consimiliter sine defectu ad quam in te recurreris ut iudices de entibus defectivis Illud ergo prius nosti ad ipsum enim aliter non recurrisses sed non advertebas vel quia in particularibus et defectivis silogismis advertisti in quibus recubabas oculis et te aliquando extulisti hoc etiam patet per exemplum in libro Augustini contra achademicos in fine dicebant enim quidam achademici non posse veritatem a sapiente cognosci sed solum verisimile Quod arguitur ergo Augustinus Si puer et abs eis videretur cum patrem nullatenus percepissent et cognoverit si est filius patri suo si sic dicerent ineptissime viderent Sic inepte videtur qui dicat hoc non est veritas quia exemplum eius videt sed verisimile nisi prius noverit veritatem Ex hiis quatuor exemplis patet quod quandoque defectivum scitur per id quod sine defectu est prius cognitum sit sed prius non advertebat quod confirmatur per verbum ipsius in libro de anima exponendo illud psalmi Domine in lumine tuo videbimus lumen dicit enim sicut de sole exit unum sol posset videri nec tamen solem deserit sed in illo manet quod de caelo exiens illum ostendit Ita manens in deo lux que exit a deo mentem irradiat ut per ipsam chorustationem lucis sine qua non videt videat et in ipsa cetera videat hinc est quod ad ipsam fontalem lucem intellectum extendens ipsum per ipsius lucem inveniat et evadat Hinc fiat licet ex istis videatur ab nobis ponendum quod ab intellectu humane et in via potest cognosci divina essencia vel quod intellectus humanus informetur ipsa nisi sub similitudine aliqua aliqua prout dicit Augustinus in ix de trinitate capitulo xi^o Quemadmodum cum per sensus corporis distinguimus corpora fit eorum aliqua similitudo in animo nostro Ita tunc luce increata noverimus fit in aliqua similitudine illa noticia eius

inferiore inquantum est in inferiore non hec Augustinus Illa enim lux inaccessibilis increata nobis est invisibilis propter nimiam vim sui tamen in sua refulgencia vel circumfulgencia Et ad hoc inducit distinctio quam facit avicenna lux est substantialis perfectio lucidi lumen vero qualitas a luce procedens ad res detegendas et colores manifestandas Splendor vero idem cum lumine sed in hoc differt quod lumen est dispositio que inest corpori a natura propria splendor ab extrinseca radius vero idem cum utroque sed addit distinctionem partium et multiplicationem luminis procedentis a luce secundum processum rectilineum lux prout consideratur in sui essencia perfecta est in patria beatorum spirituum et est primum intelligibile quod primo intelligitur in quo intellecto alia intelliguntur prout dicit quidam Quid est quod non videat qui videntem omnia vident prout vero consideratur in sui influencia in via Sic lucet in sua ymagine naturaliter impressum secundum illud psalmi Signatum est super nos lumen vultus tui domine vel fulget in mentibus superioribus sinum Et sic etiam primum intelligibile est ut dictum est prout vero amplius multiplicatur hec influencia descendit ad vestigium creature in qua distincte intelligitur dei sapientia potencia bonitas et hec secundum processum rectilineum quod a summo spiritu usque ad minima et infima creaturam tendens per medium suam relinquit et multiplicat influenciam ut patet capitulo quarto de divinis nominibus

Sed forte dicas medium cognoscendi non facit cognoscere nisi terminetur ad obiectum ut lux in aliis si non terminaretur ad corpus solidum non manifestaret ipsum Sicut patet quod ignis in sua spera non est visibilis quia visui proprius nec terminans radium visualem aliquando non videntur

stelle Ita lux increata cum sit medium
quo cetera cognoscuntur, ipsum tamen non cognos-
citur. Secundo sicut in visu materiali
sunt tria, organum videns, obiectum
visum et medium videndi ut lux que
superfusa visui et visibili facit vi-
sionem in actu Ita in visione spirituali
scilicet intellectuali ea sunt proportionaliter huius-
modi, intellectus intelligens quod intelligitur
et lux quo fit intellectus in actu intelligendi
Sed in hoc differentia quod in visione sensibili
et materiali lux que est medium videndi
non debet per se videri unde cum ex eadem re-
citatione comprehendat oculus colo-
rem obiectum et formam ex illo colore
orientem que est similitudo coloris
et lucem coloratam si remaneret
sola lux ablato colorato corpore
et colore similitudinem diceret se visus
nichil videre Quia si posita in fine
primo perspective non comprehendit
visus materialis nisi fulcitur in dyaphono
ad densitatem quia quod est densum est
coloratum et ex colore venit forma
ad visum ex qua comprehendit visus co-
lorem rei in se Quod autem est in fine
dyaphaneitatis caret colore et
ideo non comprehenditur a visu Causa
radix est quia lux que non figitur per-
cussit dyaphanum et nichil ve-
nitat visui unde nulla forma
venit ad visum ex eis que possit
operari in visu Et ideo visus illu-
stratus luce tantum sed per eam videat dicit
tamen se nichil videre sed in visu spirituali
aliter est quia primo videtur lux illud per
quod alia videntur, nam dico quod lux
illud attingit non dyaphanum
densitate terminatis Et ideo quodammodo
terminatur dum sua similitudine informat
animam Secundum patrem augustinum in ix de trinitate
capitulo xi^o Quocirca notandum sic patet ergo
hoc etiam ad declarationem superadoptam
quod nichil cognoscitur nisi verum Ut
patet de trinitate xv c^o xvi Verum autem
est adequatio signi et signati
hoc est verbi et rei quod sicut ita est
in re sic signatur sermone Sed

verius est verbum quod intus silet quam
quod exterius sonat, veritas ergo est adequa-
tio verbi et rei interiore Sed verius
habet esse et verius est ratio rei quam res
et verbum eternum quam internum Sed res
vel eius ratio non potest equari verbo eterno
sed conformitate ad ipsum Ex hoc
ergo sequitur quod veritas rei, veritas
scilicet increata nichil aliud est quam
conformitas rationis sue in verbo eterno
ex quo relinquitur quod veritas creata
non nisi in lumine prime veritatis conspicitur
Quando enim conspicitur possibilis conformitas
alicuius ad aliud, nisi conspecto illo etiam
cui est conforme aut rectitudo
rei quando cognoscitur quia rectitudo
est enim non sit per se rectitudo nisi
in regula sua que secundum se recta est
et secundum quam ipsa res est rectificata
Que regula est aliud quam ratio
rei eterna in mente divina aut qua-
liter cognoscetur quod res est ut esse debet
nisi videatur ratio secundum quam sic esse debet
Et si dicatur hanc rationem esse creatam
secundum quam res sic debet esse Iterum
queritur ubi hec ratio videtur esse recta Ratio
huius et qualis talis esse debet nisi
in sua item ratione, et sic erit recursus
usque dum videatur res esse ut
debet in sua ratione prima que secundum
se recta est, et ideo res est ut debet
quia huic conformis est Omnis
ergo creata veritas in creatura
patet intuitu conspiciendi, presto est
lux sue rationis eterne Sicut testatur
Augustinus Nec potest aliqua res in
sua tamen creata veritate conspici
via, sicut corpus non potest conspici in
suo colore tamen, nisi superfuso celi-
tus lumine. Veritas ergo etiam creata
ostendit quod est, sed non in solo lumine
sed in luce veritatis summe, sicut
color ostendit corpus sed non nisi in
luce superfusa. Nec hec est lucis
insufficiencia quod per colorem ostendit
corpus cum ipse color non sit lux

lucens admixta luci suffusa Sed
hec est lucis potencia que lux rei
colorem pt se lucente obfuscat
sed non pt se lucente illustrat Sile
est ... luci summe veritatis que
sic illustrat veritatem creatam quod
licet ipsam ipsa illustrata ondit
ondit se veram Non est quod luce
veritate summe ad veritates alias
sic sol est ad omnia celi luminaria
que fulgore suo obfuscat sed po-
tius sic sol ad colores quos illustrat
Sola quod lux summe veritate primo
et per se ostendit id quod est sicut color
ondit corpus lux sola solis ondit corpus
Sed per hanc lucem et veritas rei ost
corpus per lucem solis id quod est sic color
ondit per lucem solis verum est quod sic
testatur Augustinus quod nulla conspicitur
veritas nisi in luce summe veritatis
Sed quemadmodum infirmi oculi corporis
non vident colorata corpora nisi suf-
fusa lumine contribuimus quod nihil
alia luna ipsam aut lucem solis
non possunt intueri in se sed solum
suffusum coloratis corporibus
Sic infirmi oculi mentis ipsas res
veras non conspiciunt nisi in luce summe
veritate ipsum aut veritatem primam
in se non possunt conspicere sed solum
in connexione et suffusione cum
veritatem ipsis rebus veris hoc modo
puto quod etiam immundi multi summa
veritatem vident et nihil certi non
percipiunt se videre eam aliquo modo quemad-
modum si quis primo videt corpora
colorata in lumine solis nec vnquam
deflecteret visum ad solem nec dedi-
cisset ab aliquo solem aut aliquam
lucem esse quod illustrat corpora visa
nesciret omnino se scire vel videre
corpora in lumine solis ignoraret quod
se videre ad nisi corpus coloratum
Sic mundi corde et perfecte pur-
gati per ipsam lucem veritatis in se
conspiciunt quod immundi facere

nequeunt Nemo est quod qui veritatem
vim cognoscit qui non aut sciat
aut ignorant etiam ipsam sum-
mam veritatem aliquomodo novit De

finis ultimus ad quem ordinatur
est omnia et alia est vita etiam
et omnia alia est vita etiam

Differencia quedam videtur
esse finium quia sicut in scien-
tiis et artificiis fit subalternacio ut sub
militari continetur facere frenorum
sic omnia scientia et noticia ordina-
tur ad finem vltimum et hic finis vita
etiam dicitur pro quo obtinendo multi
laborant quem perfectus vir semper
ante cordis oculos contemplatur
qui finis in tranquillitate cordis
aliqualiter prelibatur Primum patet sic
Omnes artes et discipline vnum finem
habent ad quem artifices respiciunt per
dispendia equanimiter sufferunt Vnde
agricola nunc solem nunc glaciem
tolerat et terram infatigabiliter
arat ut finaliter fruges colligat
Sic negociator se pellago credit
nulla pericula perhorrescit propter
lucrum quod finaliter querit Sed in omni
arte et disciplina precedit quedam
mentis intencio sive destinacio per
quam advenit ad finem Sic enim agri-
cola finem habet proventum segete-
tum ut secure vivat Intencionem
aut destinacionem cordis agrorum
exaracio ut sic ad finem optatum
veniat Sic et finis noster est regnum
dei Sed intencio et destinacio nostra est
puritas animi sine qua ad illum
finem impossibile est peruenire prevenire
Nam sine via ad finem vie tenden-
tibus labor est itineris non profectus
et in hac destinacione velut ad
certam lineam cursum dirigimus Vnde
apostolus habentes fructum in sanctifi-
catione finem autem vitam eternam
Vocamus sanctificacionem cordis purita-
tem per quam devenimus in finem
Meditacio quod in scripturis paupertas
et castitas non sunt nostra perfectio sive
nostri finis sed instrumenta perfectionis
propter hoc enim ferramenta totius artis

institutur/ non ut ea ociosa possideant
nec ut fructus horum credatur eorum
hec instituta habentur sed ut per eorum ministe-
rium finis qui queritur obtineatur finis
enim melior est hiis que sunt ad finem
huius autem finis est vita eterna que non
habet finem ymmo propter quam dicitur contempnimus
quod habet habet finem ymmo finis hominis
secundum virtutem vivere sicut patet in viro de
bonitate consumatum finis vite humane est eterna
vivere vita in libro de vera religione
Ambrosius dicit finis vero hominis vita
non eterna novi hominis finis est in
libro de civitate in fine quis est alius noster
finis nisi pervenire ad regnum cuius nullus
est finis Consumatum patet sic non tantum propter hunc
finem principalem sed etiam propter cordis
puritatem que ad dictum finem nos
dirigit laborare debemus ut per
eam a passionibus noxiis cor nostrum
illesum preparare possimus et con-
servare quantumcumque propter hec mentis
nostre puritatem et tranquillitatem conservare
quamvis nichil nobis videatur et uti-
le tamen illud debemus declinare et
errores et cordis dispersiones po-
terimus evadere et finem desideratum
linea discretionis certe attingere
propter hoc enim homo ad laborem na-
scitur ut sic bonus agricola spinas
ab agro mentis eradicare conatur
ab agro rationis spinas cecitatis
ab agro voluntatis spinas iniquitatis
ab agro carnis spinas voluptatis
ab agro totius corporis spinas pu-
sillanimitatis Quia secundum apostolum secunda
ad Thimoteum laborantem agri-
colam oportet primum percipere de fructibus
suis propter hoc enim universa agimus
et tollerabimus parentes et patriam
divicias et delicias et honores mundi
contempnimus ut puritatem cordis
perpetuam teneamus consumatum patet sic si
semper pre oculis meis non fuit statutus
iugiter finis iste cunctos labores
nostros extremus inutilis Nam ut
supra dictum est debemus puritatem
mentis habere semper pre oculis sicut
instrumentum per quod habetur ultimus finis
hoc est enim linea directiva a qua

si parum deflexit cogitatio nostra
statim ad eam revertatur in qua cogita-
tiones et opera examinare possimus
necesse est enim mentem quam revertatur
cum nec principaliter inherreat non
habentem per singulas horas et mo-
menta plurimorum varietate mu-
tare Et ex hiis que extrinsecus acci-
dunt in illum statum qui sibi primus
occurrit continuo transformari Unde
viris perfectis iste est conatus ista
est cordis destinatio ut deo et divinis
rebus semper inhereant et quicquid ab
hoc divertit eos quamvis videatur ab eis infimum
et noxium quamvis sit magnum Unde
Marthe in ewangelio luce dicit quod sollici-
ta est et turbatur erga plurima cum
unum esset necessarium summum bonum ponendo
non in vita activa quamvis sit lauda-
bilis et plurimum fructuosa sed in sola
contemplatione que necessaria simpliciter est
et una ideo sequitur quod optimam partem
sibi elegit maria non activam vitu-
perando sed contemplativam priorem pro-
nunciando que non auferetur ab ea
quia in futuro non est vices actus
sed magis actio cessatura et quem-
admodum ioculatores et bellica tela
tractantes artis sue periciam demon-
strare volentes signum faciunt quod
telis iaciendo semper intendunt aliquid
vicedum actis non recipiunt et quanto
plus a signo declinat se magis er-
rare demonstrant Ita et in proposito
signum finis nostri contemplemur
et etiam directionis lineam teneamus
Consumatum patet sic Adepta puritate anime
non est quod eius tranquillitatem impe-
diat non hostis non finis non vapor
non vicius hoc est non dyabolus
non mundus non caro non malus proximus
quia et dyabolus evitatur mundus
subditur subicitur et caro affli-
gitur et proximus diligitur et
sic pax ex omni parte ex tribus habetur
et deum ad se conversa in suis affec-
tionibus est formata secure quie-
scit et dulciter dormit non inveniens

parvorum invidiam hoc est carnis
spurcitiam non vana sompnia
que sunt mundi gloria non licet dili-
cem per impaciam et sic dum introi-
tus rapitur quandam inexpertam dul-
cedinem experitur de qua Augustinus
in fine decimi confessionum ut supra tactum
fuit dicens Aliquando intromittis
me in affectum multum inusitatum
et aliud nescio quam dulcedinem
que si perficiatur in me nescio quid
erit quod vita ista non erit Et idem circa
in fine noni Si cui sileat tumultus
carnis sileant fantasie terre et aquarum
et aeris sileant et poli et ipsa sibi
anima sileat et transeat se non cogi-
tando sileant sompnia et ima-
ginarie revelaciones omnis lin-
gua et omne signum et quidquid
transeundo fit et loquatur ipse solus
non per creaturas sed per seipsum ut au-
diamus verbum dei non per linguam
carnis neque per vocem angeli nec
per sonitum nubis nec per enigma
similitudinis sed ipsum quem in eis a-
mamus ipsum sine hiis audiamus
Sicut nunc extendimus nos rapi-
da cogitacione attingimus eternam
sapienciam super omnia manentem
si continuetur hoc et subtrahantur
alie visiones longe imparis generis
et una hec rapiat et absorbeat
et recondat interiora gaudia specta-
torem suum ut talis sit sempi-
terna vita quale fuit hoc mo-
mentum intelligencie cui suspiramus Nonne
hoc est intra in gaudium domi-
ni tui Verum quia de doctrina vel sacra
sine loquentes opus extendimus
et prolongamus forsitan contra
debitum operi suscepto finem et ter-
minum ponentes ad prius indulgenciam
silencio transituri cum gracia spiritus
sancti apparuerit ad sciencie
vel sapiencie principium efficiemur

Incipit prologus Secun-
di tractatus in quo agitur de
doctore Et primo sequitur

cia longa novum requirit
exordium et interius iam plu-
rimorum mensium curriculis ymmo necessario
ocio multis accedentibus negociis
infestus libet inchoatum continuare
tractatum et licet labores retentus animo
remissius studio dilatus fuerim temporis
intervallo nunc stilus ad remedium
revocetur prout indulgencia lectionum
et disputacionum quibus alligor et
obediencie lege constringor continuacio
patietur quinymmo prout gracia spiritus
sancti favet sine quo quicquid perfe-
rimus aut agimus tanquam fabula re-
putatur inanis et quoniam intencio nostra
est extirpare errores et inserere mo-
res et in talibus exterius procedendum
est de certo stilo magis humili quam
subtili scandam in terram et impingen-
dam eius caliginiam et contra me lin-
guam susitari maledictam si spe-
culatur invenerint vicia tangendam
mentes offendam Et in hoc audacter
de nutu calamitate procedendo quamquam
sciens et prudens in flammam ma-
num extendo hec enim est impiorum
corum primo cum vitam suam quam
nolunt agnosci nolunt publicari
vel scripture libertate deprimi
statim corrodunt et carpunt ser-
mone dente scriptorem tanquam suorum
actuum proditorem velut arguentes
solaris lumen claritatem quod in tenebrosorum
dum suos diffundit arguit feditatem
Alii sunt qui commoti carna-
liter et maciam irrident disputa-
cionis et personam lacerant dispu-
tantis Sed hos comprimit fustibus
papa dum magis appetit in pluribus
fructum quam in paucis timeat ob-
~~trectacionibus~~ ob trectacionis obprobrium
Sicut scriptum est Bene pacientes erunt
ut annuncient Non enim perhibetur sumus
ad audiendum gloriam non scripturis inte-
tes ut matrimonius ad augmentum
pecunie vel in fomentum avaricie
Non scolastici enim ut carpamus
folia vel verba sed sensus catholicos

xpi discipulum me profiteor appetendem tacite sapientie fructum ulterius desiderantem et ne Pensandum est insuper quod expositio et difficultas presentis tractatus septuaginta et si non instruit audientis animum excitet saltem quiete ingenium aut intellectus arcet ocium curiosum ad multa girovagum fugit et alligat intentum. Et ut ea que continentur in septi[mo] serie facilius discernantur speciales tituli supponantur.

Tractatus igitur iste qui de conditione doctoris est. Et in septem partes dividitur. Prima pars continet de doctrina dei. 2a de doctrina boni angeli. 3a de doctrina angeli mali. 4a de doctrina hominis pertinente ad lectores. 5a de doctrina hominis pertinente ad pastores. 6a de doctrina hominis pertinente ad predicatores secundum experimentum practice. Prima pars que est de doctrina dei continet capitula quorum primum est quo deus docet angelos simplicissima visione, certissima cognitione, immediatissima revelatione. 2m quomodo deus docet beatos in patria ut intelligant que de deo crediderunt, que preteritis contingerunt, que perpetua bona sunt. 3m quo deus docet hominem in via ubi consideratur doctoris artificium, doctrine beneficium, docendi exercitium. Doctoris artificium quo faciliter, utiliter, verbi principaliter dominus docet. Doctrine beneficium quia docet temperantiam peccatores, iustitiam penitentes, patientiam proficientes, sapientiam contemplantes. Docendi exercitium in lectione, meditatione, oratione, contemplatione. Quartum est de iiiior diversis illuminationibus pertinentibus ad animas que docentur in via: hec sunt mentis abstractio, abstracte in unum collectio, collecte in deum affectio, affecte quietatio etc.

Expedito igitur de fine videamus de efficiente hoc est de doctore. Doctor n- est natura intellectualis que reperitur in deo vel in angelo vel in homine. Docet ergo Exodi iiii: Ego ero in ore tuo docebo te quid loquaris. Et Deut[eronomii] xxxii: Circumduxit eum docuit et custodivit quasi pupillam oculi sui. Docet etiam angelus. Dan[ielis] x: Ego egressus sum ut docerem te. Et x° eiusdem loquitur Michael dux: Veni ut docerem te que ventura sunt populo tuo in novissimis diebus. Docet etiam homo. Mathei ultimo: Euntes docete omnes gentes. Romanorum ii°: Qui alium doces teipsum non doces. Docet autem deus angelos sicut dicit Gregorius in 2a omelia super primam partem Ezechielis dicens ut non audirent homines in infirma etate predicare Christus anno duodecimo etatis sue interrogare homines est dignatus in terra qui per divinitatem angelos semper docet in celo. Quia enim ipse est dei sapientia de ipso angeli videndo bibunt hoc quod eterna beatitudine percipiunt. Docet autem eos simplicissima visione, certissima cognitione, immediatissima vero revelatione. Primum patet de simplicissima visione. Non est angeli cognitio collatia collativa ut sicut intellectus discurrat ita per singula, sed sicut nos simplici intuitu sine discursu totius principia cognoscimus cum sit principiorum habitus nobis innatus, sic se habet ad cognoscibilia omnia que cognoscit intellectus angelicus. Et cum cognitio principiorum in nobis sit altissimum in nostra scientia patet quod in summo nostre attingimus quodammodo infimum nature angelice. Unde Dionysius c vii° de divinis nominibus: Divina sapientia fines priorum coniungit principiis secundorum, et in actu angeli nequaquam visibilibus aut sensibilibus congregat divinam cognitionem neque ab aliquo communi ad ista particularia agitur. Et maxime in concreto. Angeli non habent cum existentium varietate. Et Aug[ustinus] Confess[ionum] xii: Creatura

intellectualis sine vllo lapsu ex
quo facta est inherendo tibi exce
omnem mutabilitatem volubilem temporum
Et per hoc soluitur illa famosa questio
qua queritur Vtrum tempus sit mensura
angelorum Dico autem quod in angelis
sunt tria · essentia · virtus · operatio · cum ergo
essentia habeat esse prius non esse mensura
ipsorum est eui coniunctum ad essentiam
virtus autem cum sit media inter essentiam
et operationem Nam in essentia radicatur
et per operationes declaratur · comparata
ad essentiam non habet aliam mensuram
operata ad operationem iudicatur secundum quod de
operationibus sentitur Sed operationes autem
procedunt a virtute amministratiua
et tunc tempore mensurantur et quia
sunt temporales cum tempore emanant Si
vero a virtute contemplatiua · autem
talis actio est quasi connaturalis ange-
lice substantie sicut lucere in sole et inter-
in angelo vel contemplari sic men-
suratur euo Si vero egreditur a vir-
tute contemplatiua et accidentaliter
et per prius et posterius contemplatio intenditur
et remittitur in angelis vel per-
ut est aliquis rei deficientis essentie sic
distinguuntur ex parte temporis · Quia si
tempus dicit mensuram motus secundum prius
et posterius per illa mensura super
motum motus super magnitudinem
et continuum fundatur sic non mensuratur
tempore quia non est ibi continuum sed solum sim-
plex et eius operatio simplex Si enim
a priori et a posteriori in magni-
tudine prius et posterius in motu
et a priori et a posteriori in motu
prius et posterius in tempore · intelligo quod
vacat motu et tempore quod caret
magnitudine Si vero sit in abstractione
rerum continui et maneat prius
et posterius autem successio mensu-
ratur tempore illa actio et est in nunc
post nunc · sic in vnitate in puncto
Nam vnitas actu numerata sequitur
vnitatem sine numero intermedio si-
militer punctus punctum sine linea
intermedia Similiter in primo nunc
ad nunc immediate post sine tempore
intermedio continuante quod similiter

super continuum Et hec est ymago qua
in hoc possumus pati nos corrigere
ad meliorem iudicium addimus
etiam ad primum de simplicissima
visione quod dicit Augustinus in ultimo de
ciuitate quod omnem statim nostram
vno simul fortasse intuebimus con-
spectu quod si dabitur nobis non
negatur angelis Secundum patet de
certissima cognitione Sic enim patet in
xi de ciuitate capitulo xxix Angeli boni
numquam falluntur in sua cognitione
demones autem sepe vident autem
boni angeli creatorem etiam in ipso
creaturas non creatorem per creaturas
Sed dicit in libro v super genesim Et in x
de consideratione Bernardus Inuisibilia
per visibilia cognoscuntur a creatore
mundi Sed quid opus est opus est scalis
tenenti celum iam solum creatura
celi illa est praesto habens per quod por-
cius ista intuebatur videt verbum et
in verbo facta per verbum · nec opus
habet ex hiis que facta sunt factorem
noticiam mendicare neque enim ut
vel ipsa nouit ad ipsa descendit
que illa ibi videt vbi longe me-
lius sunt quam in se ipsis Et xi de
ciuitate capitulo xxviii Omnia hec aliter
in verbo dei cognoscuntur ab angelis
vbi habent causas rationes quod suas secundum
quas facti sunt incommutabiliter per
manentes aliter in se ipsis illa clario-
re ac obscuriore cognitione ve-
lut artis atque operum Tercium
patet de immediatissima reuelatione
per illud quod in eodem capitulo dicit Angeli
sancti non per verba sonancia deum
discunt · sed per ipsam presenciam immu-
tabilis veritatis Et sic probat Augustinus
in libro ix xii confessionum Ita est imme-
diata creatura angelica deo cre-
atori suo quod eidem coherens nulla
valet mutabilitate sed requiescit
in sola dei contemplatione a qua
nec adducitur nec deducitur ad se nec
an angelica naturam nec in illa
corpus inuenitur nec aliquo a deo presencia
auertitur et ideo non mutatur Vnde in xiii^o

confessi/ laudet te sup celestes p[o]r
angelorum tuorum qui no[n] opus h[abe]nt
suspicere firmamentu[m] hoc/ et legere
do cognoscere et verbu[m] tuu[m] vident
faciem tuam semp[er] et illi legunt
sine sillabis t[em]p[or]u[m] quid velit eterna
vol[untas] tua legunt eligunt diligunt
q[uia] legunt et nuq[ua]m p[ret]erit Eligendo
enim et diligendo legunt ipsam in-
comutabilitate[m] consilii tui/ no[n] clau-
ditur codex eorum nec plicat[ur] liber eorum
quia tu ipse h[oc] es illis et es ic[um] in
Ea sup[er] hoc firmamentu[m] ordinasti
eos q[uod] firmasti sup[er] infirmitate[m] inferiorum
p[o]p[u]lorum ubi suspicerent et cognosce-
rent m[isericord]iam tua[m] t[em]p[or]aliter enuncia[n]tem
te qui fecisti t[em]p[or]a Eode[m] p[ri]mo modo
docendi Exo[di] xxiiii dictu[m] e[st] moysi
q[uod] ascendit in mo[n]tem et ibi h[abe]t
quo edoctus est a d[omi]no Et sapie[ntie]
vii/ Om[niu]m artifex docuit me sap[ienti]a
Est enim in illa sp[iritu]s i[ntelligentie] intelligencie
Est enim intell[igenti]a simplex mentis
aspectus vii intelligen[cie] vol[un]t[a]r[iu]s angelus
De secundo Mat[hei] xxii Magister
scimus quia verax es et viam dei
in veritate doces/ Bern[ardus] in veritate/
quia vident in verbo incomutabi-
lem veritatem/ sic d[icitu]r in viii o[mnes]
gen[tes] Et ideo sic d[icitu]r veritas lineas
q[uas] in terra conspicat[ur] et q[uas] in pul-
ve[re] scribitur Et iusticia in veritate
incomutabili et in a[n]i[m]a iusti/
Ita clarior est cognicio creaturaru[m]
in dei sapiencia t[ame]n in arte factrice
q[uam] in ipso opere viii ipsi melius et
verius noru[n]t in deo scriptos q[ua]m
in scriptis Et q[ua]m nos ipsi sumus
noti nobis metipsis vt in xi
de civitate De 3o Johannis vi
Erant om[ne]s docibiles dei Et illud
Johelis ii[o]/ letamini in domino
q[uia] dedit vobis doctore[m] iusticie
licet enim o[mn]ia sciret a[n]geli q[ue] p[er]tinent
eorum b[ea]titu[dini] cu[m] illa s[i]c q[uod] ipsi ne-
sciunt s[ed] i[n] p[ro]cessu et[er]nitatis i[n] addi-
scunt viii dyonisius de a[n]gelica ier[archi]a c[apitulo]
vii o[m]n[es] Quod a b[ea]ta virgine et
a x[risto] h[u]m[ani]tate cu[m] sint angelis sup[er]-
iores multa receperunt que antea

no[n] receperunt Nesciunt enim de natura
sua angeli boni sive mali intiora-
bilia [?] mea nec ea novit nisi ille
solus q[ui] scrutatur renes et corda
cognoscere t[ame]n p[ossu]nt p[er] signa in nobis
foris in secus existencia et motus sive
qualitates affectionu[m] interiore[m]
declaram[us] p[ro]ut d[icit] Aug[ustinus] ad ne-
bordium/ Arbitror omnem motu[m]
animi aliud facere in corpore/ in hiis
ergo que no[n] p[ossu]nt p[er]cedere docent[ur]
ex revelacione p[ro]ut speculum
dignatur eisdem ostendere &c

**Docet enim beatos in p[at]ria ut intel-
ligant que de deo crediderunt
que proximis contingunt q[ue]
periculam evaserunt/ ih[es]us**

[D]ocet etiam beatos in p[at]ria
ut intelligant que de deo cre-
diderunt que p[ro]ximis contingunt
que p[er]icula evaserunt/ De p[ri]mo
p[atet] p[er] illud ps[almi] Sicut audivimus sic
vidimus in civitate d[omi]ni virtutum
Que ergo videmus nunc p[er] fidem
videbimus in p[at]ria in p[at]ria p[er] sp[eci]em
viii xx de civi[tate] c[apitulo] xxi Et xv de
civitate c[apitulo] xxvi[o] Et in li[bro] cathe-
cizandis rudibus manifeste p[atet]
q[uod] quecu[m]q[ue] deo de deo p[er] fidem cre-
dunt[ur] p[er]fecte in p[at]ria cognoscent[ur]
Immo sic xxv li[bro] c[apitulo] xv de trinit[a]te
p[atet] multo clarius cu[m] videbimus
h[ab]em[us] nunc eius ymaginem que nos
sumus Quia ut dicit Je[remias] xxxi No[n]
ultra vir docebit ultra virum p[ro]-
ximu[m] suu[m] et vir fratrem suum dicat
cognosce d[omi]num omnes enim cognoscent
me a mi[n]imo usq[ue] ad maximum ait
d[omi]n[u]s/ hec est enim vita eterna ut cog-
noscamus d[eu]m patrem et filiu[m] et
sp[iritu]m sanctu[m]/ Ad hunc doctorem
sponsa suspirans ait Can[ticorum] viii[o]
Ibi me docebis ubi nullus malorum
incursus/ nullus hostium impetus/
no[n] dolus ampla domus locus re-
fectus immensus/ serenus lucidus et
excelsus/ nec tenebre luce indefi-
ciente extuluce[n]te Ibi doctrina qualiter
qui doceri desiderat i[n] libro legat

que semel vidisse est tot vidisse
post depositionem enim corporis statim videbit
doctor ille ab animabus sanctis Unde
cyprianus ad fortunatum de exhortatione
scribens sic ait Quanta est securitas
exire hinc letum exire pressuras et
angustias gloriosum claudere in momen-
mento oculos quibus homines
videbantur et mundus et aperire eosdem
statim ut videatur deus et christus tamen
ad hoc advertendum est quod a sanctis non
sic videatur deus ante resurrectionem
sicut videbitur post in eternum Unde augustinus
xii super genesim Minime dubitandum
est raptam a carnis sensibus mentem
et post mortem carne deposita transcen-
dere etiam similitudinibus corporalium
non sic videre posse incommutabilem
substantiam sicut angeli vident sive
alia latentiore causa sive ideo
quia inest eis naturalis quidam appeti-
tus corpora administrandi quo appetitu
retardatur quodammodo ne tota intentione
pergat in celum quamdiu non subest
corpus cuius administratione appetitus
ille conquiescat De 2o scilicet ut in-
telligant que proximis contigerunt
patet per anshelmum in libro de similitudinibus
dicentem Erunt iusti tanta scientia que
deus fecit scienda tam ea que preterita
tam ea que postmodum sunt ibi a sin-
gulis omnibus ibi ab omnibus singuli
cognoscentur nec quicquam omnino
non latebit qua patria qua gente
qua stirpe quis editus fuerit vel
quid etiam in vita sua fecerit Et
secundum beatum gregorium post huius corporee
sarcine depositionem mali cogno-
scent bonos et boni malos et
mali malos et boni bonos Sic
ergo boni malos etiam mali cog-
noscent bonos Nam et dives
ab abraham cognoscitur cui dictum
est Recepisti bona in vita tua
Et electum lazarum a reprobo dite
cognitum est quem nitti precatur
ex nomine dicens mitte lazarum ut

Ut intingat extremum digiti sui in
aquam ut refrigeret linguam meam
In qua videlicet cognitione utriusque partis
cumulus retributionis excrescit
ut boni amplius gaudeant quia secum
eos letari conspiciunt quos amaverunt
et mali dum cum eis torquentur quos in
hoc seculo despecto deo dilexerunt
eos non solum sua sed eorum etiam
pena consummat Contingit autem in electis
quoddam mirabilius quia non solum
eos cognoscent quos in hoc mundo
noverunt sed velud visos ac cognitos
recognoscunt quos numquam viderunt
enim Nam cum antiquos patres in
illa eterna hereditate viderint eis inco-
gniti per visionem non erunt quos in
opere semper noverunt Quos enim illic
omnes omni claritate deum conspiciunt
Et quid est quod ibi nesciant ubi scien-
tem omnia sciunt Johannis xiiii Unctio
docebit vos de omnibus id est spiritus sanctus qui
interpretatur unctio Ibi docetur mor-
tui quid agunt vivi Unde gregorius expo-
nens in moralibus id Job Sive nobiles
fuerint sive ignobiles filii non intelligit
sic ait Sicut hii qui adhuc viventes
sunt mortuorum animas quo in loco
habeantur nesciunt Ita mortui vitam
in carne viventium post eos qualiter
disponatur ignorant Quia et vita
spiritus longe est a vita carnis Et
sicut corporea et incorporea diversa
sunt genere Ita etiam distincta cog-
nitione De animabus tamen sanctis nullo
modo credendum est quia qui intus dei
omnipotentis claritatem vident
sic foris aliquid quod ignorent
sed carnales quique per amorem pre-
cipue filiis impendunt hic eos
beatos Job Nescire postmodum asserit
quod hic vehementer amaverunt
et sive nobiles sive ignobiles
sunt filii nesciant quorum eos semper
cura fatigabat licet enim mortui nesciant

quid agant viui p nr̃e gdicoñem
scire pnt vel p premiorum merĕ-
tium recitacoñem vel p angelorum
reuelacoñem vel per diuina cōtem-
placoñem pnt augꝰ dt in liͦ de cura
agenda p mortuis di/ fatend est
nesciē mortuos quid hic agatur
a viuis ſʒ pqꝫ fcm est pnt au-
dire ab eis qui hinc ad eos mo-
riendo pgunt no omnia quidē ſʒ
q̄ sinunt indicare que sinunt etiaz
ista meminisse et q̄ illos quibus
hic indicant oz audire pnt etia
ab angelis qui rebꝫ que aguntur
hic pñsto sunt audire mortui ad qꝫ
vnusquisqꝫ illorum audire debemus
indicat illo cui subdita sunt nisi
enim essent angeli qui possent inter-
esse viuorum et mortuorum locis
no dixisset dns ihus Contigit
mori mendicum et illum ferri in sinum
habrahe pnt etiaz spus mortuorum
aliq̄ que hic agunt que necia
sunt eis nosse no solu pncia vel
pterita verum etiā futura spu dei re-
uelante cognoscē sic no omēs
homēs ſʒ pphē dum hic viuerent
cognoscebant nec ipi omnia ſʒ q̄
esse reuelanda di puidencia iu-
dicabat Xpc aūt est qui docet
qui cathedraz hʒ in celo capt
enim mebra sua docet Sicut
dt Augꝰ in liͦ de doctna xpiana
Ad cuius doctore scolam suspira-
bat ysa ij di Venite ascendamꝰ
ad monte dni et ad domū dei
iacob et docebit nos vias suas
hoc est enim sabbm in quo xpc
docebat pplm Marc vj Cepit
ihc in synagoga docē et multi
ammirabant de doctna eiꝰ De-
tercio sʒ ut intelligant que p-
icula euaserunt pʒ p anshel
in liͦ de similitudinibꝫ dicentem
vt in di laudibꝫ etna rotundis
semp de quanta miseria sis erutꝰ

vt puto coram habebis Et Julia-
nꝰ pomeriꝰ ex sma augꝰ sic
aut quantū attinet ad sciam rōnalez
memor vniuersusqꝫ pteritorum malorum
erit quantū aūt ad experientis
sensum pass erit imemor Na et pi-
rissimus medicꝰ sic arte sciunt
omēs fere morbos corpis nouit
sic aut corpe senciunt plurimos
nescit quos ipe passꝰ no est Vn
Augꝰ in fine liͦ de ciuitate Si
se imisos nescituri sunt quo sicut
dicit pps mias dni in etnū can-
tabo Luc iiijͦ Egressꝰ ihc in
virtute spus in galileam docebat
in synagogis eorum et magnifica-
batur ab omnibꝫ Quia laudat
a sanctis qui liberati sunt a tepta-
cōnibꝫ ps laqueꝰ cōtritꝰ est
et nos liberati sumus Job xxxv
dicꝰ qui dedit carmina in nocte
qui docet nos sup iumenta tre
et sup uolucres celi erudit nos
mentes enim sctorum transitoria cuncta
despiciunt et sub se labi quidqd
superbit quidqd ptit contemplatur
et quasi in quodam vertice rerum
constitute tanto sibi omnia subeē
conspiciunt quanto semetipsas uerꝰ
auctori omniū subdunt Et in cuncta
transcendunt vnū creatori cunctorum
ula se humilitate substernunt Gr
di xxvj mor Et si hoc vm est
sctis in via quid erit de sanctis
in pria q̄ carmina canunt pro
nocte qua euaserunt sicut in liͦ
lucis apparuunt et in luce tene-
bras comprehendunt Docet
homines in via ubi considerar
doctoris artificiū doctine
beneficiū docendi exercicium
Docet etiam dns homines
in via Circa cuius doctinaz
considra doctore artificiū doc-
trine beneficiū et docendi exerciciū
doctoris artificiū qr docꝫ facilē

vtilit vel dur. de primo doctrina
sz quia docet facilit' quia doctrina
sapientum facilis multo magis eius
qui docet sic preceptorem hns non sic
scribe et pharizei Non enim indi-
get in doctrina experimento et tem-
pore librorum aut verborum multitudine
luc xij Nolite solliciti esse qua-
liter aut quid respondeatis Spiritus
enim sanctus docebit uos in ipsa
hora quid uos oporteat dicere
De 2o ysa xlviij Ego dns deus tuus
docens te vtilia non stutilia non
anilia non noxia vel vana De
3o Joh xviij Ego palam locutus
sum mundo ego semper docui in synago-
ga et in templo quo omnes iudei
conuenerant Et mr xij omnis tur-
ba veniebat ad eum et docebat
eos Omnis enim doctor magister qui
intus loquitur sic vno Tobie in
glo et vnde et cui Jo primo dicit
Nam ipse illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum quantum
in se est, nec tamen omnes homines
illuminantur luce Lo mr viij do-
cebat discipulos suos, quoniam oportet
filium hominis multa pati Incipit
enim docebatur verba et discipuli
Vnum in x confessionum veritas vbique
presidens omnibus consulentibus te
simul quod rudes omnibus etiam
diuersa consulentibus liquide tu re-
spondes, sed non liquide omnes audi-
unt Et in eod dicitur quod vitalis
eorum non vtrique appareas illi
muta est et illi loquitur, immo
omnibus loquitur sed illi intelligunt
qui eius vocem acceptam foris
intus conferunt cum veritate Vnde
in libro de fanstu dicitur quod diuerse
fistule ab eodem spiritu huiusmodi
inspirantur Considera etiam
doctrine bysticum O'a sapie
viij Sobrietatem et sapientiam
docet et iustitiam et virtutem
quibus nichil est vtilius

in vita hominibus Docet enim trancia
peccatores iustitiam penitentes pa-
tientiam proficientes sapientiam
contemplantes De primo Thobie j
Thobias filium suum ab infantia ti-
mere deum docuit et abstinere ab omni
peccato Et leuit xv docebitis filios
israel ut caueant immunditias et non
moriantur in sordibus suis De 2o osee
x tempus requirendi dominum cum venerit
qui docebit uos iustitiam De 3o
ij R xxij docens manus meas
ad prelium componens quasi arcum
eneum brachia mea, eis dicit le
et titimus sz in quadam dulcedine quia
vir patiens non frangitur in tribula-
tione sed exercetur in gratiarum actione
De 4o ps dicit me in veritate tua
doce me Et ysa xxviij Quem do-
cebit scientiam et quem intelligere faciet
auditum, ablactatos a lacte auul-
sos ab vbere Sz contrario docens carne
virtutem non temperantiam sed inpuritatem
animam non iustitiam sed cupiditatem
spiritum non patientiam sed pusillanimitatem
intellectum non sapientiam sed curiositatem
De primo Apoc ij Balaam doce-
bat balac mittere scandalum coram
filiis israel edere et fornicari i. va-
care gule et libidini De 2o Mi-
chee iij principes eius in muneribus
iudicabant, sacerdotes eius in mer-
cede docebant De 3o Mt v Qui
soluit vnum de mandatis istis
minimis et docuit sic homines
minimus vocabitur in regno ce-
lorum De iiijo 2a ad thymo iiijo Erit
tempus cum sanam doctrinam non su-
stinebunt sed ad sua desideria coa-
cervabunt sibi magistros prurientes
auribus et a veritate quidem au-
ditum avertent ad fabulas autem
conuertentur Considera et docendi
exercitium Si enim huius a deo spiritualiter
secundum viam sapientie edoctus velit esse
te in lectione, meditatione oratione
contemplatione per data gratia exerceri

het enim familiaria sunt doctori de
quo nunc agimus et spiritualibus disci-
pulis familiaria sed ignota carnali-
bus Ut enim ait Hugo in 2o doctrine
sue libro prima lectio intelligentiam dat secunda
meditatio consilium prestat 3o oratio peti-
tum (?) contemplatio invenit Et de
doctrina que in lectione dicitur Deuteronomii xxxi
Scribite vobis canticum istud et
docete filios israel ut memoriter
teneant In eodem scripsit moyses can-
ticum et docuit filios israel Et 2
paralipomenon xvii docebant populum iuda
habentes librum legis domini De oratione
esdre 7 Esdras paravit cor suum ut
investigaret legem domini et faceret
et doceret israel Quid enim est medi-
tatio nisi quedam studiosa mentis
ad id investigandum diligens intentio
De oratione I Regum xii Absit hoc peccatum
a me ut cessem orare pro vobis et
docebo vos viam rectam et bonam
Nam in oratione devota recipitur
ut sepius superior eruditio Unde in
oratione conversus ad dominum psalmista dice-
bat Benedictus es domine doce me
iustificationes tuas De 3o Nee-
mie viii Abiit populus ut comederet
et faceret leticiam magnam quia
intellexerunt verba que docuerat
eos Et in psalmo faciem tuam illumina
super servum tuum doce me iustifica-
tiones tuas ex quibus duabus aucto-
ritatibus habetur quod homo interior experitur
hoc scilicet quia doctrina per contemplacionem
adepta magna est exultatio
et illuminatio in anima De hiis in
tractatu de forma docendi etc

Ad hanc illuminacionem quatuor
sunt necessaria Mentem sive animam
quam oportet ab aliis abstrahi abs-
tractam in se uniri et colligi
unitam ad deum affici et affectam

quietari et quodammodo firmari De primo
patet Mens racionalis quasi in orizonte
duorum mundorum sensibilis et intellectualis
inferioris et superioris collocatur
coloriens (?) corpori ut est forma secundum
esse deo vero ut est forma secundum esse (?)
et hinc super se lucem eternam sup-
eminentem ei qua tangit quam adtin-
git cum erigitur ad regionem lucis
Cum vero inclinat se ad corpus et
inferiora intrat in regionem tenebrarum
et ultimo inclinatio ad terram more
pecudis inclinatur et quasi sopitur
Propter quod psalmista Illumina oculos meos ne unquam
obdormiam (?) eam oportet subtrahi ab omni
feculencia hoc est a delectacione peccatorum
alligacione corporum occupacione
negociorum ymaginacione sensibilium
simulacrorum que omnia mentem
gravant et obtenebrant et ita re-
plent quod animam iam inscripta reci-
pere aliam inscripcionem prohibent propter quod
dicit Aristoteles intellectu mathematicos
esse ydoneos ad huius illuminaciones
naturales quia illa complexio magis
abstrahit a mentis impedimentis
a delectacionibus carnis et tumultibus
mundanis Cum enim cor unitur et
inhe allegatur (?) cum eo corporalibus
passibus passionibus compatitur et obtecto
carnis piete piete non potest radium
illuminacionis percipere et secundum modum
abstraccionis accipit modus
chorustacionis et scintillacionis
Ut dicit augustinus in libro de cathe-
zizandis rudibus totum inquit quod
intelligo volo ut qui me audit
intelligat et sencio me non ita loqui
ut hoc efficiam maxime quia ille intellectus
quasi rapida chorustacione perfundit
animum Illa autem locucio tarda et
longa est longeque dissimilis et dum
ita volvitur se iam in secreta sua
recondit et ista nec amor tantus
est ut carnis destructa caligine
penetret in eternum semper

Vnde ut aug fulgent ista que sup-
iunt de 2o p3 d(iu)u(er)sos om(n)ib(us) patre
moto manifesta(ti)uus lum(inis) p(ro)cessio
in nos optime ac large p(ro)ce-
veniens ibi ut unificatiuus
restr(icti)uus nos replet et exaltat ad
congregante(m) p(at)ris unitate(m) et
deificam simplicitate(m) motus p(at)ris
est affectus p(ate)rne pietatis ex quo
p(ro)cedunt in nos illuminac(i)ones nos
implentes et unientes et ad ip(su)m
reducentes Est enim lux illud u-
tus unifica dispersos colligens et
uniens et gaudens nos qui p(ri)us
dissimulac(i)one fuimus au(er)si in(ter)ri(us)
diuisi p(ro)pietate diuisi Sic enim radius
solis nos reducat ad solem et ille
illuminac(i)ones nos unitos in nobis
reducunt in creatorem Restat ergo
spiritum in unum colligere et ad se in-
trare qui vult has illuminac(i)ones
h(abe)re Baruch iiij° Conu(er)te Jacob
et apprehende eam ambula per
viam ad splendorem eius q(uod) lux
eius De 3° p3 Mens abstracta
ab exterioribus et unita in se intue(tu)r
se et cum sit ymago dei videt deum
in se Percipimus enim speculum ad
videndum deum mens est r(aci)onalis cum
sit ymago dei expressa Ex terso autem
speculo et mundato et diu(er)sa dil(ig)e(n)t(er)
inspecto incipit ei quedam di-
uini luminis claritas interlucere et
quidam mpl(ici)te uisionis radius
oculis eius apparere ps/ Signatum
est sup(er) nos l(umen) u(ultus) t(ui) Et ex huius
luminis uisione qua admiratur in
se animatur ad uidendum lucem quod
est sup(er) se ut sup(ra) et erumpit in
quandam flammam desiderij deum uiden-
di et ex summa intentione qua
afficitur in deum summe unitur deo per
p(er) amorem q(ui) e(st) unio amantis et
et amati et sic ad flammam
incendij p(ro)cedit lux s(er)ena ista ad illa

delectac(i)o(n)em et affecc(i)o(n)em sequitur
illuminac(i)o et intellectus que aufert vela-
men ignorancie ab eo sicut flamma ru-
biginem ferri Vnde est q(uod) ad secre-
torum enodac(i)o(n)em melius p(ro)ficimus
deuoc(i)one q(uam) investigac(i)one Cu(m) er-
go cum anima sit abstracta et unita
et in deum affecta familiariter loquitur ei
et docetur ab eo sicut moyses in monte
et caligine docebatur a d(omi)no ps/ Nox
illuminac(i)o mea in delic(i)is meis Nox
ista caligo est dicta q(uia) mens
ocultatur ab omnibus actibus appreh(e)nsiuis
quantum est ex parte sua et est in actuali
ignorancia omnium creatorum Nec e(st)
alicui creature unita nec sibi ipsi
sed e(st) in summo desiderio in deum extensa
s(ecundu)m supremum desiderancie uirtutis sue
unita deo et tunc excipitur a radio
diuine illuminac(i)o(n)is apperiente uere et
mentem uelate expectanti diuina in
illa caligine et ei se reuelat sicut
nouit decens et dignum et huius
radij illustrac(i)o dicitur mistica theo-
logia et cum deo s(er)mocinac(i)o secretissima
et rarissima s(ecundu)m dionisium Hec est enim
deo s(er)mocinac(i)o secretissima ubi
est delectac(i)o summa et cognic(i)o
p(er)fecta put est in via ysa lxo/
Surge illuminare ierusalem venit lux
tua et gl(ori)a d(omi)ni sup(er) te orta est
hec aute(m) illuminac(i)ones que dicte
sunt in actu suo sunt q(uasi) lux illud
videtur in quo alia videntur Ca(pitulu)m c
¶ Postea que plibata sunt de doc-
trina dei sequitur pars 3a de doctrina
boni angeli continens iiij or capitula
Qualiter angelus bonus docet alium
angelum in quo considerantur doctrine
origo ordo modus et finis
Qualiter angelus docet hominem p(er) reue-
lacionem interiorem in quo consideratur
reuelacionis misterium tempus subiectum
et modus De subito et modo
angelice reuelacionis et subiecti
multiplici et modo multiplici &c

Qualiter angelus bonus docet aliu(m)
angelum vide 3

Docet igitur angelus bonus alium
angelum Ad cuius doctrine con-
sideracionem indagans doctrine huius
originem ordinem modum et finem
Origo fundatur super diuina reuelacionem
ordo super distinctionem eorum acciones
modus super incorporacionem intellectua-
lem, finis uel causa super reductionem
et conuersionem De primo sic diuina uirtus
omnibus se communicans omnia replet
et omnia latet etiam illa quibus
illucet et superillucet quia incomprehen-
sibilis est. tamen summis angelis in causa
magis extensis lucis cognicionis
copiosius influit et ipsos lucis inflo-
ribus seriatim distribuit prout ca-
pacitas eorum recipit sicut radius
solis namque puriorem et sibi uicinio-
rem magis illuminat. et illa me-
diante seriatim crassiores per-
netrat et ex inhabilitate recipien-
cium distributus sui luminis mani-
festat Sicut eciam uidemus in calore
ignis qui propinquiora sibi magis
calefacit Sic deus qui est illuminacionis
principium lucis sue fulgore primo de-
clarat in primis angelis copiosius
quam in aliis et per eos inmediato-
res alii participant Unde dicit diui-
nus dyonisius xiii capitulo de an-
gelica ierarchia Est quod omnibus
illuminationis principium ex quo illuminati
deus quidem natura et uere proprie principa-
liter luminis substancia et ipsius esse et uisionis
causa. natura dico quia non ab alio et nec
quia in se ipso et primarie ipse enim est
causa uidendi essendi et essencie ipsius
luminis et causa uisionis actualis
suscepte per lumen Aliud exemplum ponit
boecius in libro de unitate et uno
Quemadmodum si tres uel plures
fenestre uitree una post aliam
hunc radium solis recte disponantur in ordine
prima magis suscipit lumen quam secunda
tercia quam secunda. et sic usque ad ultimam
fit defectus luminis. non propter luminis in se
sed propter elongacionem fenestre uitree
uitree a lumine Sic est in unitate

propter descensum eius a primo monade et
originali ad inferius fit de gradu
sue simplicitatis et incorporacio sue
luminis ad similitudinem aque que
in ortu suo tenuis et clara na-
scitur sed paulatim decursu defluens
in paludibus corrumpitur et obstruatur
De secundo sic sicut patet in iiii° capitulo de
sancta angelica yerarchia/ Omnis
opus angelorum est ordinata Unde
superiores doctrinam influunt inferioribus
inferiores autem ordines nichil
influunt superioribus. Ubi viii. in probacione
xxiiii ubi dicitur Quis est iste rex
glorie. innuitur quod superiores angeli
in ascensione diuina docuerunt
inferiores aliqua incarnacionis
misteria Sed quia superiores in mente
a deo doceantur Dicitur ysaie lxiii°
Quis est iste qui uenit de edom
tinctis uestibus de bosra Ex quo
innuitur summi angeli inter se quasi
conferendo et admirando illud dicere
quia non presumebat preuenciendo di-
uinam reuelacionem ipsum inter-
rogare. ideo post multam collacionem a
deo inmediate eos docente audiunt
responsionem Ego qui loquor
iusticiam sicut patet in viii capitulo de an-
gelica ierarchia Et sic homines
edocti sunt qui christum inmediate
audierunt et magis quam illi qui
mediatibus apostolis aut discipulis
aut aliis doctoribus didicerunt
Ita in angelis clarius illuminantur
qui in deum inmediate extenduntur
quam qui mediatibus aliis ipsi
a deo illuminantur Et per superiores
illuminantur inferiores et ad hoc pa-
tent exempla que multa sunt
in biblia Nam zach i ponun-
tur due reuelaciones captiuitati
babilonice quod primo uiri de superioribus
angelis reuelabatur qui audiebat
uerba bona et consolatoria de resti-
tucione captiuitatis audiunt inquit

a deo et ille inferiori divinum consilium
retulit Et iterum ille Zacharie denunciat
quod civitas illa iherusalem reedificaretur
et ab hominibus habitaretur Vide
ergo districtum ordinem a deo ad ange-
lum supremum ab illo ad inferiorem ange-
lum ab illo inferiori ad prophetam a
propheta ad multitudinem Post sic colli-
gitur ix et x Ezechielis Cum divina iusti-
cia relaxare nollet penam iudeorum
primo hec sententia cherubim est reve-
lata deinde viro vestito lineis
et per virum vestitum lineis qui desi-
gnat angelum docetur Viri viri ha-
bentes in manibus vasa interitus
qui quidem significant alios inferiores ange-
los docentur mandatum facere de perimendo
iudeis et de salute signo crucis
in frontibus signatorum Super quem
inquit septuaginta thau indicat non
occidere Similiter Danielis viii legitur quod
quidam angelus tanquam inferiorum
iussit gabrieli tanquam superiori ut
faceret danielem intelligere visionem quam
docuit illum superiorem superior
autem inferiorem inferior autem danie-
lem et daniel plebem Sic dicit Iero-
nimus ix capitulo eiusdem / Nec solum superiores
docent inferiores in suis ordinibus
ymmo in eodem ordine se se docent
eiusdem ordinis proprius Ierarchia
enim que sacer principatus dicitur
et angelorum congregacio dicitur
in tres ierarchias dividitur quelibet
autem ierarchia in tres ordines
quilibet ordo in tres partes con-
tinendo primas medias et ultimas
virtutes ymmo quelibet mens ange-
lica habet in sua singulari per se spe-
ciales primas et medias et infimas
ordinaciones Et quod dicitur ysaie vi
unus seraph clamasse ad alterum
plane secundum dyonisium x capitulo habetur quod ille
qui clamavit primo cum tunc clamabat
edocebatur / Nec solum hoc est in
angelis secundum intellectus in intellectibus hu-
manis secundum conformitatem eorum

angelis intelliguntur Ergo hec tri-
plicitas trina intellectu humano
ad similitudinem et hec triplicita-
tis que est in angelico considerando
habet enim quilibet intellectus naturaliter primo
ut adultus gratia fulcitur amore cum
seraphim lucebat scientia cum cherubim
et spirituales extra diiudicet omnia
cum thronis habet et secundo ut dominetur cum
dominacionibus et fortis sit cum virtuti-
bus et ordinatus cum potestatibus habet in
tercio ut principetur cum principatibus
et nunciet inferioribus cum angelis
et principando nunciet et nuncia-
do principetur cum archangelis Or-
dines autem ierarchicos istos pos-
sumus aliter in mente assignare
sed propter tedium propter fastidiosos auditores
et quia non videtur ex eo ad propo-
situm pertinere De 3o secundum damascenum
Non indigent angeli lingwa et
auditu sensibili Nam sermone sensibile
non proferunt sed sine sermone prolato
sibi invicem consilia et intelli-
gencias suas tradunt Unde glosa
super illud ad Corinthios xiii Si lin-
guis hominum loquar et angelorum
sit autem lingwas angelorum vocat
virtutes vel signa quibus maiores
angeli minoribus significant ea que
de dei voluntate primum senciunt Unde
credo quod angeli sunt potentes sermo-
nis intellectualis quo indicant af-
fectus suos et intellectus de rebus
quarum cognicio non erat in eis
a principio Nec est idem in ange-
lo loqui quod intelligere vel cogitare
sed cogitatum vel intellectum quadam
luminositate irradiante alii ex-
primere et audire angelum loquentem
vel aliud est quam eius cogitacionem
vel intellectum videre et quod unius ex-
primitur non semper ab aliis videtur
vel intelligitur nisi ab ipso an-
gelo loquente voluntarie eis
exprimatur / Unde dicit quod locucio
angeli est cogitacio directa

per voluntatem ostendendi alteri. Secunda
est hec locutio angelorum secundum naturam
suam in qua conveniunt boni et ma-
li angeli. Alia vero est eorum locu-
tio per gratiam secundum virtutem specularis sive
motoris supremi in qua conveniunt
angeli boni et acie stantes. Unicuique
enim innotescit intentio vel notas al-
terius secundum representationem speculi et vo-
luntatem ipsius supremi motoris. Unde
licet omnes inspiciant in speculo
non tamen omnes equaliter a speculo
recipiunt. Sed quidam plus quidam minus
secundum dignitatem recipientium et secundum
voluntatem ipsius speculi quod ostendit
cui vult quantum vult. Non enim omnis angelus
videt in speculo omnia sed hec plena
revelatio reservatur plenitudini
glorie qua consummabit eorum premium
in iudicio futuro. Ad intelligentiam
autem predictorum de mutua locutione
angelorum que sunt lumina intellectualia
ut dicit Johannes Damascenus, vide exemplum de lu-
minibus corporalibus ubi sunt tria
lumina vel plura videntur esse
radii omnium commixti in aere sed
probantur esse distincti in essentia
per hoc si subtrahatur unum illorum luminum
subtrahuntur omnes sui radii ab illo
procedentes. Similiter si secundum lumen sub-
trahatur et sic de 3o quod si ibi esset
vera commixtio nullo modo possent ra-
dii unius luminis separari ab aliis
sine mutatione aliorum eorum.
Unde patet eos esse distinctos secundum essentiam.
Si ergo quodlibet illorum luminum haberet vo-
luntatem liberi arbitrii posset ra-
dios suos iungere vel influere aliis
quando et quibus vellet. Sic ergo cele-
stia illa lumina cum sint voluntate
liberi arbitrii predita secundum
voluntatem suam illuminationes
suas sive sermones intellectuales
intimant quibus volunt et celant
quibus volunt. Sic patet quod unus
angelus potest intentionem suam aliis
manifestare ita ut non innote-
scat aliis. Sed unde provenit hec
occultatio in substantiis spiritualibus

prout dicit Augustinus super Genesim. Quod
sicut corporales substantie cor-
porum aliqua velamenta quibus
se alicuius aspectibus occultant.
Sic in spiritualibus suo modo intelligendum
est esse et hoc maxime accedente
divina voluntate de quo sic. Sic
dicit Dionysius in 9o capitulo de angelica ierarchia.
Ierarchia est ordo divinus scientia et
actio dei forme quantum possibile est
simulans et ad inditas ei divinitus
illuminationes proportionaliter in dei
similitudinem ascendentes. Hec
est enim perfectio et intentio angelorum
reducere semper inferiores in deum
ut magis et magis purgati
illuminati et perfecti per amorem
assimilentur ei prout possibile est eorum
receptibilitati. Nam tria est enim
intellectualis creature purgatio. Nam
impura non recipit illuminationem
et tenebrosa non potest habere opus
perfectorum quia qui in tenebris am-
bulat nescit quo vadat aut
veri quo tendat. Necesse est ergo
si impura est creatura intellec-
tualis ut homo quod ab impurita-
te mundetur. Si vero impuritatem ab
initio non contraxit sicut angeli
hoc est ei purgari ne cadat
in puritate conservari. Illuminari autem
est per virtutes activas et specu-
lativas cognitione imbui. Perfici
autem est per operationes virtutum confirmari.
Quia ergo superiores inferiores
purgando illuminando perficiendo
in deum reducunt voluntatem suam
eis innuunt et sic omnes deum aspi-
ciunt in quo legunt. Manent autem
in tali exercitio infatigabiles et
attenti per ad eterne sapientie specta-
cula extenti prout convenit angelorum
capacitati et hoc per fortitudinem
amoris divini a quo nulla potest
occasione deflecti vel etiam retardari
et sic suas intellectuales in deum et suos
mutuo in invicem extendunt et perficiunt

et ad dei imitacionem se reformant, tunc
speciem suam apperiunt et de eius lumine lumen
recipiunt, et se se recalefacientes
et a super omnibus superioribus ordi-
nibus influenciam recipientes seipsos
recalefaciunt et reigniunt non per
accionis reitacionem sed ad veritatem
originale principium reversionem ut
subiecti caliditate similem recipi-
ant eius motu spiritus recalefacientes
et reignientes hunc habitum patet ex vii°
capitulo angelice ierarchie. Et ad evidenciam
predictorum nota quod locutio an-
geli appellatur nutus quidam intellectus
quo inclinat aliam substanciam vel
applicat se ad eam ut manifestet
ei suam voluntatem. Species enim intellectus
prima est in intellectu angeli secundum quod eam
cognoscit, 2a est in eius affectu
secundum quod ita eam afficitur. 3o eadem species
que sic concepta est et etiam qua
sic afficitur inclinat angelum ut
eam alii manifestet et tunc habet
angelus voluntatem manifestandi
eam, et illa species prout est sub vo-
luntate manifestandi dicitur verbum
dicitur etiam nutus, sed dicitur verbum
per similitudinem verbi vocis interioris
nutus per similitudinem verbi exterioris
et vocalis. Ut sic vox nostra est
vehiculum verbi interioris ad alium
ita ibi nutus vehit ad alium ipsius
verbum. Et sic species ipsa prout est
sub actu manifestandi quasi ex-
tra suo modo, nec habet se ipsam prout
erat intus sub voluntate mani-
festandi. Unde idem est nutus et verbum
secundum essenciam, sed differt secundum racionem aliam
et alteram. Et sic intelligo locu-
cionem angeli prout ipsa species primo
est in racione concepti 2o in racione affectus
3o in racione verbi et nutus. Differt autem
locutio angeli a locutione nostra
in hoc quod locutio angeli boni potest
manifestare quod vult et convertere
illum cui loquitur ad attencionem
sicut magistri dicunt et sancti

Non sic est in locutione humana
sed in voluntate audientis est quod
se convertat vel non convertat ad audiendum

Docet etiam angelus homines
per interiorem revelacionem. Con-
sideratur in hac doctrina circa bonorum
angelorum revelaciones ministerium
tempus congruum subitum et modus.
De primo sic iiii° de angelica ierarchia
lex per angelos nobis data est
Galatas iii° Item et inclitos ante legem
et post legem patres nostros angeli
ad dominum reducebant vel agendorum
introducentes et ad rectam veritatis
viam de errore et via execrata tra-
ducentes vel ordines sacros vel
misteriorum supermundanorum occultas
visiones vel divinas quasdam pre-
nunciaciones subenarrative ma-
nifestantes. Et licet ipse dicitur dominus
locutus moysi vel prophetis, tamen hoc
fiebat per angelos ministratorios
sed auctore divina. Accio enim verius at-
tribuitur agenti quam ministro utroque
simul agente. Angeli etiam
sursum ducebant ad deum contem-
plandum in eternis racionibus volunta-
tem eius agnoscendi et faciendi
et hoc revelabant ipsi prioribus
nostris ut abraham ante legem Josue
et Gedeon sub lege Cornelio
post legem. Revelabant etiam eis
ordinem celestem et ordinem nostre ierar-
chie qui erant in mundo archetipo
descripta id est in divina mente et alia
archana misteria que sunt super
omnem investigacionem racionalis crea-
ture. Nec dico quod eos illuminaret
intus quia hoc est dei solius
unde revelat exterius suo ministerio
sicut homo docendo. Unde super illud
psalmus da mihi intellectum ut discam mandata
tua glosa solus deus dat intellectum
et si alii ministerio angeli utatur

Ita em angelus dicit dicte intellectui hominis sit quemadmodum dicit dac lumine domus hui fenestram fecit cum ea sua luce non penetret sed illustret. Sic igitur illuminat angelus animam preparando intellectum ad illuminantem gratiam transeuntem. Sic enim malignus spiritus quibusdam nebulis errorum obstruit omnes meatus intelligencie. Sic contrario bonus angelus illas nebulas errorum removendo aperit intellectus meatus ad recipiendum lumen veritatis ex radio lucis divine quo introeunte surgit cogitacio bone. Raro autem erit aliqua revelacio nisi fiat angelico misterio homo enim tunc sit revelacio si est perfectus ut quodammodo absolutus vel quasi sit a corrupcione corrupcione carnis et inordinacione affeccionis, apparet ei in quadam choruscacione lux divina sine ministerio angelico ut in paulo qui vidit deum in raptu. Sic angeli de tota ierarchia sine velamine corpulencie scripture vel figure spiritum lumen mente a deo receptum in ipso lumine et deum lumen primum ps. In lumine tuo videbimus lumen. Sunt ergo et racionibus eternis cognoscuntur omnia visibilia et invisibilia ad quam perfeccionem requiritur ut primo vivat anima secundum perfeccionem in virtutibus politicis deinde secundum perfeccionem in speculativis 3o secundum sapienciam que est suprema speculatorum et est cognicio deitatis et inter virtutes secundum hanc altitudinem ille maxime est perfectus in quantum homo qui non per figuras et enigmata deum videt. Sicut dicitur xij Numerorum de moyse. Immo non tamen est homo sed super hominem quia effertur in conformitatem et assimilacionem societate angelice. Iste est ergo ille perfectus reducatur ad cognicionem dei per misterium angeli cum non sit revelacio per misterium angelicum. Si vero nondum non sit perfectus reducatur ad cognicionem dei per misterium angeli. Sic

radius solis primo se expandit ad vicina et per illa transit ad alia ut dicunt fuit supra. Sic divina lux primo descendit in primam ierarchiam et a prima in 2a et secunda in 3am et 3a ierarchia in animas racionales que participant mente mente misterio angelico tocius summe ierarchie divinarum essenciarum racione purgacionis illuminacionis et perfeccionis. De 2o sic tertie congruit revelacioni excessus mentis aut spiritu et de excessu mentis qui fit devocione ammiracione et exultacione. Sed loquitur Richardus in libro de contemplacione. Frustra enim homo ad illos theoricos excessus nititur nisi divinis revelacionibus adiuvetur ad quas cum pervenit tunc familiaris mentis se deus aperit quod patet sicut primo in devocione excessiva Genesis xviij°. Apparuit dominus abrahe sedenti in convalle mambre in hostio tabernaculi sui in fervore diei. Cumque levasset oculos apparuerunt ei tres viri. Per tabernaculum mens cuiuscumque sub deo humane mentis excessus tunc ex nos ipsos scilicet egredimur vel tunc intra nos descendimus vel cum supra nos levamur. Calor autem diei fervebat cum abrahe dominus apparebat et in hostio sedebat quia ocio et contemplacioni vacabat et fervens in eo desiderium veritatis estuabat. Et sic duo concurrunt in hoc excessu mentis qui ex devocione constituit nimietas fervoris et novitas revelacionis quia dum celestis desiderii mens intendio uritur, radius divine veritatis ei per angelicum misterium revelatur et ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. Per hunc fumum intellige devote mentis desiderium procedens ex caritate sicut fumus ab igne qui super se ascendit et se deserens

quasi desciud fiat Et sicut ignis
liquorem vasis eruit dum ipsum modo
in unam partem modo in alteram modo
deorsum modo sursum attollit et
cum vasis ex motu liquoris per ebulli-
cionem ab infimo usque ad supremum
repleverit cum violencia quedam interiora
vasis evacuans agitatum liquorem
eicit et foras effundit et ab
infimo usque ad summum percutit Sic
mens amoris igne succensa fer-
vens et estuans et ignorans re-
bellans curibus utitur et nititur iactatur
donec ab infimis repulsa et
aliquantulum extenuata trahitur
ad summa ubi facta in extasi men-
tis lucem recipit revelacionis Et
in statu devocionis sentit actum
revelacionis hoc idem accidit in am-
miracione ubi perfunditur nova luce
Unde in Canticis Que est ista que
progreditur quasi aurora consur-
gens aurora lux nova tenebre
mixta Quia dum in excessu mentis
est ab admiracione lucem subitam
et tenebris mixtam quam mens
videt quam mixturam cernere valet ut sil
sio lux revelacionis et tenebre
ambiguitatis Et sic aurora pau-
latim elevatur elevando dilatatur
dilatando clarificatur donec per incre-
menta sua in defectum terminatur tamen
aurora primo in diem hoc est prout
iam non sit sed ut iam non sit au-
rora ymmo lux clara terminatur et
in noctem ubi ita deficiat ut nec
aurora nec eciam lux sit Sic in
isto mentis excessu qui ex admira-
cione procedit frequenter accidit quod
ad dei nova nobis ostenduntur in admira-
mur et admirantes diligencius
attendimus et attendentes plenius
cognoscimus Crescit ergo ex admira-
cione admiracione attencio et
ex attencione cognicio et dum ex
hac attencione cognicione plenius
illuminatur in quandam se inducunt affectum
et affectum a seipso penitus deficientes
tamen informatur deficiens dico scilicet

non ita ut non sit intelligencia sed ut iam
non sit humana a claritate in clari-
tatem tamquam a domini spiritu lucem
illam speculando in eandem ymaginem
glorie transformata transformata
et sic aurora consurgens deficiat
in die per istam huius claritatem
et in ubertatem nichilominus deficiat dum
a statu suo mens tota liquescit
In figura huius regina austri
dicta scilicet calide regionis succensa
regina desiderio videndi Salomonis
ad eundem accessit interrogavit
accepit obstupuit videns sapienciam
regis nec ultra spiritum habuit hec
est mens sancta sensibus et appeti-
tibus carnis non subdita inve-
stigacione veritatis amore succensa
querit et audit quod intret omnium
superiora et desideria et divina
revelacione cognoscat quod ex
propria industria scire non sufficit Et
modo ordine quesivit et audivit
postea vidit et intellexit tamquam
obstupuit et defecit hiis enim
gradibus sublevatur huiusque animus
dum a meditacione assurgit in
contemplacionem a contemplacione in
admiracionem ex admiracionem in mentis
alienacionem Et advertendum quod
regina hec in hac revelacione
dicitur non habere spiritum cum revelacione
Iohannis legatur quod ipse fuit in spiritu
sed quo fuit regina vivens sine
spiritu aut Iohannes adhuc in carne
fuit in spiritu aut quo spiritus in
spiritu vel spiritus sine spiritu sed hoc
est spiritum in spiritu esse semetipsum
intra se totum colligere et illa
que extra carnem vel in carne
geruntur penitus ignorare Sed
spiritum esse sine spiritu est seipsum
extra se et super se totum effundere
et que sub eo vel in eo fiunt
in extremum ignorare et in divinitatis
archana totum intrare et sic
spiritus seipsum non habet cum incipit

a seipso deficit et in ali[quam] transfiguracione ab humano in divinum transire
ut iam non sit ipse qui ita deo adheret
Quia qui adheret deo unus spiritus
est cum eo hoc est in monte domini
ascendere et claritatem transfiguracionis
eius videre hoc idem accidit in
extincta exultacione Unde Cant. viij
Que est ista que ascendit de deserto
deliciis affluens innixa super
dilectum suum · Id est de deserto mens ascendit
quando supra se in alienacione
transit et se in ymo deserens
et usque ad celum contuens spiritualium
gaudiorum plenitudine affluens
et infusa ubertum celitus interne
suavitatis leticia tota se divinis
immergit · hoc est ergo de deserto ascendere
super seipsam ire et humane
possibilitatis metas transcendere et
tunc temporis spiritualibus deliciis affluere
innixa incumbit super dilectum · ut dicit
Richar. de sto. Vict.^re Cogitemus
puellam teneram et delicatam
utpote in multa deliciarum affluencia
educatam · et multo vino
madidam quasi in cellam vinariam
introductam · et torrente voluptatis
potatam · cogitemus quod pre
nimia teneritudine vix possit incedere
· et pre nimia ebrietate
non noluit viam discernere · Id est super
dilectum se inclinat · qui et eam
sustentat et ei manum apponit qua
incedat sustentatur · quia in nullo
alio delectatur · sustentacionem perdit
quia in seipsa deficiens
radix sequitur revelacionis que
appropriat [illegible] etiam proprie necessarius
est ad capiendum revelacionem
Numeri xij · Si quis fuerit
propheta domini inter vos in visione
apparebo ei vel per sompnium loquar
ad illum · Quod etiam consonat seculairibus
libris · quod patet primo ex libro
primo de naturali philosophia sed responsiones
consilio regis parsorum

dicente sic Anima futura consuevit
providere et que a se agenda
sunt aliter aliter accessura presignare
Separata enim a corpore melioribus
operibus et virtutibus cumulata
speculum quodammodo per seipsam facta
et a nullo corporum perturbata contemplatur
pure et pre oculis facit
futurum Unde et providencia per sompnos
est Secundo per Algazelem in sua philosophia
dicentem in capitulo de causa nature sompnis
Cum dormitus est retractus spiritus
ab exterioribus ad interiora [illegible] spiritus autem
est subtile corpus compositum ex vaporibus
humorum cuius sedes est cor et
ipse vehiculum virtutis vitalis et animalis
per quas virtutes sensibiles et motive transeunt
ad sua instrumenta Unde si ad obstruxit
spiritum per nervos aliquem quibus
ministratur sensus destruitur sensus et sequitur
stupor et morbus caducus Iste autem
spiritus mediantibus arteriis diffunditur
ad exteriora corporis Cum
igitur in sompno quasi totus ad interiora
reductus et quiescunt sensus remanet
anima libera ab occupacione
sui circa sensus et cum invenerit se liberam
sine impedimento · nata est coniungi
substanciis spiritualibus et sic representatur
forma que est in uno speculo
in alio speculo sibi opposito
clarata ita sic in proposito Nisi
quod speculum materiale tardo potest claudi
speculum autem spirituale hoc est anima
revelat pure est beneplacitum eius
voluntatis Tercio per platonem et socratem
qui dicunt sompnia esse
in animabus et visiones per
angelos Unde dicat plato esse in
in aere quosdam spiritus separatos
que inclinant animas Et quocumque
hoc fiat sive dicatur sompnia
vel insompnia vel visiones
vel fantasmata vel oracula ·
certum tamen est quod anima tunc est abilior

· innixa ·

et purior ut ei fiat

et purior ut ei fiat ab angelis
revelacio misterialiter et a deo ori-
ginaliter lumen enim divinum quod est sim-
plicissimum et universalissimum et
virtute efficacissimum non est propor-
cionatum ut recipiatur nisi in maxima
serenitate et spiritualitate cognitoris
sed lumen angelicum quod est magis
contractum et intellectui angelico pro-
porcionatum Tamen secundum philosophos hec
revelacio potest fieri in vigilia duabus
de causis Una cum anima est ita fortis
quod non impeditur a sensibus sed propter
suam fortitudinem dilatatur ad spe-
culandum simul superiora et inferiora
Sicut cum aliquis a deo fortis est ut simul
possit scribere et loqui et loquentem
intelligere Alia tamen est cum siccitas
et calor ita dominantur complexioni
quod homo fit caducus per dominium
melancolie et alienatur ab hiis
que solent apparere sensibus et tunc aptus
visibilis fit stupidus et turbidus
absens ab eo quod videt et audit
Hoc autem contingit quia spiritus
debilis est ad exeundum meliora
et talibus aliqui fiunt revelaciones
sed nesciunt quid dicant ut sunt de-
moniaci et caduci et aliqui di-
vini Naturales autem moderni ponunt
aliam causam revelacionis in sop-
no dicentes quod lumen radiale stel-
larum qualitatis est influxum ele-
mentis et in ipso sunt virtutes
superiorum motorum hec diminuitur ab
uno in alium successive sicut secundum
ordinem ierarchicum dicimus
in angelis influenciam procedere
et hec forma influxa operatur
virtutes secundum congruenciam quam in-
venit in diversitate materie ut quicquid
terminatur ad vitam corpoream quicquid
ad vitam animalem sic dicunt quod
forme celitus evecte ad nos
movent fortissime corpora nostra

et imprimunt suas virtutes sed non sen-
ciuntur propter exteriorem tumultum Unde
cum fit alienacio a sensibus et magis
in sompno percipiuntur motus eius et
causa futurorum quedam proxima autem
ymaginativa ad quam pervenit mo-
tus huius forme recipit motum
huiusmodi fit sibi propter quod est Unde quando
formas simulacrorum quibus expli-
cetur tibi sor sit concupiscens quando
formas quibus explicetur amor li-
bidinosus et ad preparacionem talium
ymaginacionum inclinat forma
celestis inmatens complexionati et
movens eum et facit vires corporis
et anime sibi instrumentum deserviens Sicut
fiat in nobis quando movemur ad alteracionem
et generacionem et ideo talibus instrumentis
multiplicatur ei multa simulacra
sic in nobis multiplicatur ei multa
[illegible] sub ipsis et tunc fit sop-
nium multorum [illegible] et [illegible] in
quibus determinatur talis forme ex-
plicacio et est exemplum in forma
artis que est preses operis et tunc
procedit in materiam artificiati in-
tus utitur instrumentis et hoc movens
animam artificis movet virtute ad
ymaginandas figuras omnium gubern-
cium ad hoc ut in artificium pro-
ducatur Sed nos theologice loquen-
tes huic ad plenius totalem modum
non recipimus cum iste ponat modum
ponat revelacionis naturalem nos
autem ponimus gratuitam Naturalis
autem revelacio differt a gratuita
primo quia naturalis procedit ex con-
sideracione causarum creatarum ista
autem ex dignacione divina et mini-
sterio angelorum 2o quia naturalis non
se extendit nisi ad causas determina-
tas in natura sed revelacio extendit
se ad omnia 3o quia illa fit falli-
biliter ista infallibiliter propter quod
prophecia in qua est revelacio pre-
cipua dicitur divina inspiracio re-
rum eventus immobili veritate denun-
cians divina non a causa naturali

creata rerum euentus quantum ad omnia
futura contingentia non tamen quantum
ad ea que habent causas determi-
natas non mobili varietate con-
cedo tamen quod propter hoc anima est abilis
ad receptionem impressionum corporum
supercelestium in quibus apparet ad
aliquos futuros euentus quos sua
subtilitate preuidet propter hoc quod ex
impressionibus supercelestium relin-
quitur in ea aliqua similitudi-
nes De hiis in quarto dyalogi gregorii

De subiecto et modo ange-
lice reuelacionis et subito et
multiplici et modo multiplici

icto de duobus ad reuelacionem
angelicam pertinentibus scilicet an-
gelico ministerio congruo Sequitur
de duobus consequentibus scilicet subiecto
et modo Consistunt enim reuelaciones
aliis malis existentibus in culpa aliis
corpore occasionatis laborantibus
in pena aliis vero existentibus in gracia
De primis patet in balaam Constat
quod non quod quedam sunt dona dei que
sunt in malis tamen et non faciunt eos
bonos ut timor seruilis Quedam
vero que sunt in bonis tamen et non
faciunt eos malos ut caritas
Quedam vero sunt que in bonis et
in malis sunt communiter ut prophetia cognitio
futurorum et huius secundum diuersa Quia
in malis sunt a spiritu et tamen spiritu
non In bonis sunt et a spiritu et tamen
spiritus ad corinthios xii Vnicuique datur
manifestacio spiritus ad utilitatem
alii quidem sermo sapiencie alii prophetia etc.
In quo notatur duplex differencia eorum
que sunt in bonis et malis Nam
in malis ponitur spiritum sanctum
in manifestacione In electis
autem quod dantur cum spiritu ponitur
ipsum in se ipso prophetia prophetia
in malis sunt Consilii ad utilita-
tem ecclesie in bonis ad utilitatem
persone ipse et hoc est quod dicitur
manifestacio spiritus ad utilitatem
ipsi hoc enim dabatur malis spiritus
prophetie ut eorum testimonium offerret
ecclesie prout dicit augustinus libro primo

de mirabilibus scripture sacre scriptum
tuetur Quod balaam permissus est ve-
nire ad balach ut ad ventum per
prophetiam gentilem qui futurus
erat generum saluator in lege dei
scriberetur De secundis hoc est de
corpore occasionatis videtur aliter
secundum philosophos et aliter secundum theologos
ponunt enim philosophi precognitiones
istas futurorum que sunt in corpore
occasionatis ut freneticis et
melancolicis et huius esse ab
accidenti et causam sumpto principio ex
complexione theologi vero ponunt
hoc in eis ex reuelacione Via
autem philosophica ista est sicut dicit
philosophus in libro de sompno et vigi-
lia et illi quorum natura loquax est
et per multiplicia fantasmata
deducens ut melancolia qui
multum per se loquuntur hii vident
multiplices visiones quia virtus
ymaginatiua eorum semper apparet
similitudines congruentes motibus
factis in eorum corporibus et multa
inueniunt fantasmata que congru-
unt ad futura sicut contendentes
libenter capiunt ita isti in se con-
tendunt et rapiunt simulacra
motuum et passionum diuersarum
Vnde sicut qui multa et multociens
iacit quandoque iacit comparatur signo quandoque
non dispatitur Sic isti tot et tanta
vident quod non potest esse quin aliud
eueniat eorum que viderunt et
ita sompnia eorum sunt accidentaliter
futurorum Via autem sanctorum
et maxime ista est sicut dicit
augustinus in libro xii super genesim ad literam
Hec precognitiones futurorum
que sunt melancolicas et fre-
neticas et huius hominibus comparat
visionibus sompniorum dum autem
in vigilante dum vacabat sensibus
in apprehensione obiectorum
fabricauit sibi similitudines
in spiritu mira celeritate similes
rebus corporalibus quas videbat

In dormiente autem illa anima quia
quiescit ab occupatione exteriorum sen-
suum et sensibilia vacat interiori
occupationi sicut ignis corporeus
opertus cinere nec ardet nec extinguitur
sed evaporat fumus tenuis qui si
remotus fuerit suscitatur in flammam
Sic anima in dormiente nec perfecte
incipit actu vitali nec penitus
elucet per sensus sed instar fumi videtur
operari nulla enim eius potentia ociosa est
virtus vegetativa enim vacat circa
actum nutrimenti sensibilis circa simili-
tudines receptas aut circa consimiles
fabricatas Nunquam enim cessat similes
fabricare in spiritu suo sed quia confuse
sunt similitudines ille in spiritu et
in instrumento sensibili sicut confusus est
sensus organi cum corde non sunt equa-
liter potense ideo rationalis operans
super similitudines receptas cum sit
subtilior nec subtilius illas yma-
gines speculatur confuse et si predicit
ex eis futura hoc est ex accidenti quia
sicut dicebat vir phica sed quia in illo
statu dum rationalis illas intuetur
ymagines quinque modi visionum
occurrunt tres radicati in corpore
quorum primum est a corpore et duo
in anima In corpore quia sensus ligati
sunt ut patet in dormiente vel tur-
bati vel in malencolico vel in-
clusi aditus sensuum sicut patet in frene-
ticis quibusdam et in acutis pa-
cientibus In anima vero duobus mo-
dis ut cum per se a corpore rapitur in
alienationem ita ut per sensus corporis
videantur corpora et in spiritu quedam
similia que non discernuntur a corporibus
vel per avisionem mentis a sensibus cor-
poris ita quod nichil apprehendatur
per sensus corporales sed vertitur anima
in similitudinibus corporalibus hiis
quod ita se habentibus arripitur tunc
anima a malo spiritu et facit hominem
demoniacum vel arreptitium vel
falsum prophetam Si vero a bono spiritu
assumitur efficit hominem loquentem
misteria si non intelligit aut verum
prophetam si intelligit aut ad tem-
pus dicitur quod post dicta oratio per alios Vnde
Augustinus xii libro super Genesim ad litteram
Sopito aut perturbato aut inter-
cluso itinere intentionis a cerebro
quo dirigitur sentiendi motus anima
que motu ipso cessare ab hoc opere
non potest quia per corpus non sinitur vel
plene non sinitur corporalia sentire
vel ad corporalia vim sue inten-
tionis dirigere spiritu corporalium simili-
tudines agit aut intuetur obiectas
et si eas agit fantasie tantum sunt
si autem obiectas intuetur ostensiones
sunt Et infra Cum vero in ea viden-
da spiritu assumitur divinitus hec demonstrat
Et sic scriptum est Effundam de spiritu
meo etc Itaque bono spiritu assumi-
tur spiritus hominis et has videndas
ymagines vel ad significet non
puto tamen vero in corpore tale est uti
tas expressius intuendas humanus
intendat spiritus non ideo ad significationem
credendum est sed tunc significat cum separa-
tur a demonstrante spiritu sive demoliti
sive ad aliquid ex corpore ut ea ceteris
sensibus abalienatur pacienti evide-
ctyß · iustis patet per Augustinum in libro de
trin c° xiiii Unde Zacharias dixit
angelus qui loquebatur in me non
enim hec doctrina transit per medium
Sicut hominis sermo mediante aere
pervenit ad auditum sed quanto animam
invenerit puriorem tanto magis
reddit eam clariorem et habilio-
rem ad capiendum veritatis lucem
Nec tamen angelus est in anima licet
loquatur in ea sed solus deus qui est
anime intimior quam ipsa sit sibi Et
sicut magnes ferrum attrahit ita
angelus habet virtute occulta imp-
medi aie intectoz sua n° meo
interposito prebere ipsi impedimentum
¶ Modus autem doctrine sue duo-
respiciat operationis actum et impres-
sionis nutum Primum consistit
penes purgationem Illuminationem

et pfectom put dicit dyo9 in co
de angelica ierarchia / oz purgatos
in mixto pficia vlt et ab omi li
bari dissimili cognicone illuiatos
aut adimplet diuo lune / ad spe
culatiu hitu et ututē et oio caste
intts oculis reductos Perfectos
aut ex impfco tusordinatos pti
cipes fieri inpsptoz sacroz pficie
scie ic Racoinale eni inetez ut
faciat impura n commixtio que
gnat ex inordinato amate ad
amand / aut sit no amad / aut
no amate ad amand ul sit ama
Amor eni unit amatez cu amato
Et ideo uilitas est in anima exa
more inordinato qui unit uilioi
se sic aur commixtu argento co
trahit impuritate / p hanc mixtiom
cu uilioi et cu dissili sibi hoc
est g purgari nil nisi ordinate
diligi / s separi ab affcone huioi
seu huicem Et p9 purgacom
sr illuiacio Sic aut oculg cor
poralis no illuiatur ad uidēda
corpalia nisi recipiat radiu solis
mediate uel inmete Ita illuia
tos oz impleri diuo lune ad imi
tacom etne btitudinis plene et ō
lune et p dcam purgacom nies
reduatr ad hanc illuiacom Et
deu p illuiacom ad pfcom que
pfectio e ex amore boni ordina
to et no erronica bonoz scia
bona opari et omis opaciones
dirigendo ad pura dei cotepla
com que e tonalis creature
ultima pfecco Et sic sut me
tes ex impfco educte et sacroz
pticipes effce et angeli nos
purgat opando ne sit in nos
amore inordinato / que facit
et distortu affcm et tenebrosu
appetitu hoc eni intendut et
ut mundiciaz et luce et pfcom
qua hnt nobis tradut put
put et dut Sut eni specula
clarissima et illuia et illuian
et sic speculu luch qo suscipit
in oculu inspicientis ipsi transfudit

nichil p hoc de suo lune sibi mi
nuens inminuens tu totu su
sum alii tradens lz forte in su
scipiente minus sit qm in tradente
ppt minorez suscipientis aptitu
dine Ita pcedit illuiaco et doc
trina ab angelis supioribz in infe
riores et ab inferioribz in aias
ronales Nutg dut impssionis
iste est cu intellectual nra tripx e
sic deus angelus et homo Quilz
istoz dr ut docet cu eni deue
niat in noticia intellectualez
reor ignotaru ab homine p lu
mts agentis et p pmas cocep
cones p se notas que sc hnt
ad illud lun sic instra ad artifi
cem Deus qui ambz intellectua
li lune insitum et nota pmoz
pnoz eius impssit que sut quai
pmalia sciarz sic rebus naliby
impressit ~~pmales~~ seminales
rones oim effcum pducedoz
excellentissimo modo docz hoiez
ut pote hoz duoz causa exns
homo uo sm unum par est est
homi sm intctu cu par in pate
no hcat impiu no pt cu docere
causando lumen illud uel auge
do s ex illa pte quo scia ignotoz
p pria p se nota / pt esse causa
scie in alio homine quodamodo
no sic noticia pnoz tradens
s sic illud quod implicite et
potencia contineba in pria
educendo in actu p quedam
sig sensibilia exteriori sensui ostesa
Angelus aut qui medius est or
dine ne nt deu et hominez
meo modo hz illuiare p doc
trina hz eni lun intellectuale
pfcius qm homo naturaliter
no pt dut infude lucem intel
lectuale aic sic ds facit / s
disponit ad infusiom remo
uendo uelacom et cofortat
ad uidend pfcius qz imperfectu
in eodz gne si continue pfcari

confortabit͛ v̄b tq eiq p̄t etiā
homīnē docē ex p̄te p̄ncipiorū
nō noticiā p̄ncipiorū tradendo
sic deq nē deductionē conclusio
nū ex p̄ncipiis sub signis sensibus
p̄ponēdo sic facit homo sꝫ in y-
maginacōne aliq̄s similitudines
imp̄mendo et sic nutū volūtatē
p impressionē significando et osten-
do et nō facto nos vim vtrum
angelus informat vel vtr anima
in seipsa mira celeritate forte
ymaginēs dicit ꝯ Aug. xij sup Gen.

Quō anima dꝫ se ad hāc reue-
lacōnē disponē ingrediēdo ad
se ꝓgrediendo supra se ad mi-
rando int̄ resoluēdo int̄ se

o(rdi)ne angelorū et eorū
reuelacōnis p̄ncipalē natē
est ut eis se p̄beat docibilē
anima docenda ab angelis p̄o
ingrediat͛ int̄ se 2o ingressa p-
grediat͛ sup̄ se 3o ꝓgressa ad-
miret͛ int̄ se 4o admiratiue sol-
uat͛ ex se) In hys enī conuincitur
do tam doctina dei qm angeli
de p̄mo ij° dan. danieli p noctē
mysteriū reuelatū est Cuius
somniū ꝯ locucō angelorū q
nobis p noctē reuelat͛ qm sensus
exteriores quasi dormiunt et
interiora excitant͛ Vn si nobis se-
creta reuelari volumus ab ex-
teriorū multa implicacōne quasi in
nocte dormiebamus Tunc enī
vox angelorū audit͛ et eorū locō
addiscat͛ qm serena mente a secla-
rium actōe cessat͛ nō enī p̄fecte
sufficit hō ad utrorūque diuisus sed
implicat͛ circa exteriora Vn exterius
auditū apit in interius obsurde-
scit Vn sponsa dicebat Ego dor-
mio et cor meū vigilat quia
dū exteriora quasi nō sentimus
interiora certius apprehendimus Iob
xxxiij° p somnium in visione
nocturna qm irruit sopor sup
homines et dormiunt in lectulo
tunc apit aures virorū et erudiens

eos instruit disciplina ut auertat
hominē ab hys que fecit Ecce in
visione nocturna Nox enī est
vita p̄ns et qm dum sumus simus
in vita ista quasi sub quibusdā
ymaginacōnibus nocturnis
videmus dei secreta qm irruit so-
por sup homines qr q̄nto magis
sancti viri exteriori actōni defuerunt
tanto magis int̄ intelligibilia
conquieuerunt tunc apiunt aures qr
tunc fiunt angelice reuelacōnes
I Reg. ix Dns reuelat auriculam Sa-
muelis Sumus enī p variarum
rerū amorē distracta et exterius
fusi diuisi et multiplicati sed
in reuelacōne angelica nos
reducat ad vnitatem cū sit intus
vnifica dicit Dyo. dicit q luminis
apparitionis processio in nos veniens
sic vnifica virtus nos replet
et conuertit ad congregantis patris
vnitatē et deificā simplicitatē
quia auertit nos a multitudine
rerū exterius amatarū et conuertit
nos ad deū diligendū vnū et ve-
rū sic enī radius solis reducit ad
solem sic ille reuelacōnis radius
nos reducat ad vnitatē cui so-
li debemus inherē p deformita-
tem distat q seipsum in vnum
colligare et ad seipsum intrare
qui vult angelū reuelantem
audire De 2o Galat. j placuit
ei qui me segregauit de utero
matris mee et vocauit p graciā
suā ut reuelaret filiū suum
in me Ille ab utero matris se-
gregatur qui p graciā a carna-
li consuetudine sursū ducitur
Ps. Emitte lucē tuā et ueritatē
tuam ipa me deduxerunt et
adduxerunt in montē sanctū tuū et
in thabernacula tua Sic enī ihc
assumpsit petrū et iacobū et Iohem
et duxit eos seorsū in excelsū
montem ascendit xpc cū tribus

discipulis. Et tu super te per studium
operis meditationis et orationis per-
moveberis ad perfectionem cognitionis
multa enim experimur operando, multa
invenimus investigando, multa ex-
torquemus orando. In quibus omnibus
indigemus angelico presidio. Hiis
tribus comitibus nobis adiunctis
veritas proficit et in altum se extol-
lit. Hinc est quod multos videmus stu-
diosos in lectione, desidiosos in opera-
tione, tepidos in oratione, qui tamen
presumunt montem veritatis ascendere
sed non possunt quia de secretis Christi non
sunt, nec vident Christi transfigurati
claritatem, nec revelationis an-
gelice puritatem. Sed non quod angelus
Sathane transfigurat se in ange-
lum lucis. Uterque enim se transfigurat
et Christus et dyabolus. Sed Christus veritatem sue
lucis confirmat sub duobus testibus
quia Moyses et Helyas appa-
ruerunt cum eo in monte, ut in ore
duorum testium non dubitemus de ista
nobis per angelos revelatione
quia revelationem suspectam
habeo maxime de credulis que pro-
bari non potest scripturarum attestatione
ad probandam quod revelationibus
veritatem legis et prophetarum mani-
festam requiro auctoritatem. Alioquin ab
altitudine diei, hoc est revela-
tionis timebo si scripture sacre col-
la non consentiat vel concordet
revelatio. ii ad Cor. xii: Ne
magnitudo revelationum extollat
me datus est michi stimulus car-
nis mee angelus Sathane qui
me colaphizet. Unde 3o ps.
Revela domine oculos meos et
considerabo mirabilia de lege tua.
Revela, inquit, id est aufer velamen
oculorum spiritualium. Non enim possumus
in via ista radium divine lucis
nisi quibusdam similitudinibus
circumvelatum propter corpulentiam
nature et velamine culpe. Sed quando
anime illuminantur, tunc velamen
illud tollitur. Unde et Moyses

ponebat velamen super faciem
suam ut non viderent filii Israel
in facie eius, sicut manus ante cande-
lam ponitur ne nimius oculus
patiatur. Locuturus autem Moyses
ad dominum auferebat velamen, quia
cum ex toto ad dominum convertimur
per humilitatem recipimus revelationem.
Mat. xi° Revelasti ea parvulis.
Et ii ad Cor. iii° cum conversus fuerit
auferetur velamen. Et sequitur post illud
Revela oculos meos et conside-
rabo mirabilia de lege tua. Hoc
est quod in transfiguratione domini discipuli
ceciderunt in facies suas. Sicut enim
auditor cadit ubi ratio humana
deficit, et forte in tribus discipulis
cadentibus signantur tres vires corporei
et exterioris memorie, et omnes
humane deficiunt. Hoc enim incipi-
unt cum mens humana super
se rapitur et invisibilia revelantur.
De iiijo Luc. ijo Nunc dimittis
domine servum tuum in pace etc. lumen
ad revelationem gentium et gloriam plebis tue Israel etc.
tercius ordo, pacem habet anima cum in-
greditur ab exterioribus ad seipsam
pacificatis eius affectionibus com-
pressis fumis et vaporibus
inflictibus oculum elevatur
super seipsam spiritualem extensionem
visionem recepta super se animatur
revelationem sibi divinam deponere
ammirata sentit celestis gaudii
prelibationem. De primo Nunc dimittis etc.
De 2o Quia viderunt etc. De 3o
Quod parasti etc. lumen ad revelationem gentium etc.
De eo dicit gloriam plebis tue Israel. De
delectatione que habet in illis
revelationibus dicit Augustinus de
li. ar. li° 2o. Quemadmodum illi
qui sol luce eligunt quod libenter
aspiciant et eo aspectu letifi-
cantur. In quibus si qui forte fuerint
vegetioribus sanis et fortissimis
oculis preditis nil libentius quam
ipsum solem contuentur qui et cetera

quibus infirmiores oculi delectantur
illustrat. Sic fortis acies mentis
et vegetata cum multa vera et
incommutabilia certa ratione conspe-
xerit dirigit se in summam veritatem qua
cuncta monstrantur, cuique utique
inherens tanquam obliviscitur cetera
et in illa simul omnibus fruitur,
quicquid enim iocundum est in ceteris
rebus ipsa utique veritate iocundum est.
Hec est libertas nostra cum isti sub-
dimur veritati et ipse est deus noster. ¶
Tertia pars de doctrina angeli
mali et continet sex capitula. Quo
angelus malus docet angelum
malum sive demonem. Quo an-
gelus malus docet hominem. Ubi agitur
de doctore impietate. De doctrine
vanitate. De doctrine qualitate.
De docendi falsitate. De falsitate
per exempla sensibilia specificatione.
Docet etiam demon vel angelus
malus docet autem demonem
et docet hominem ad sciendum
de doctrina eius tertio demonis hic
primus sciendum est quod demones in hoc
aere caliginoso manent in quo
inquietudine magna exercent
et inter se disciplinam tenent et suis
superioribus subiectionem exhibent.
Primum patet per Augustinum xx de civi-
tate dei vicesimo: In hoc aereo ce-
lo et in terre demonum et ho-
minum mixtura est vita. Et dama-
scenus de hiis angelicis virtuti-
bus qui perierant tre sunt ordini
id est qui terra terram ordinis et cui
terre custodia commissa a deo erat
libere sui arbitrio electione usus est per-
hanc habitationem dicit alios
celi Mr genes. Competit enim
eis aer caliginosus ut tene-
brositati quam habent intus rude-
at locus tenebrosus exterius. Sunt
enim divisi a bonis angelis
sicuti lux a tenebris. Beda
sermo in momento quo deus lux
a tenebris dividebatur secundum

Hugo de sancto victore: Bonorum
et malorum angelorum divisio
localis inter illis in partem tenebrarum
cadentibus, istis conversis ad lucem
iustitie ut lux essent et non
tenebre. Unde in 2o sententiarum
dicit quod in hunc aerem caliginosum
deiectus est lucifer cum complici-
bus suis ad probationem et causam
nostre exercitationis. Et enim in viii
ho. de civi. dei: certum demones esse
spiritus nocendi cupidissimos
penitus a iustitia alienos, su-
perbia tumidos et invidia lividos,
fallacia callidos. Et remigius
super epistolam ad ephes.: philosophi dixerunt
et etiam nostri doctores opinantur
quod ita plenus est est iste aer
caliginosus demonibus et spiritibus
malignis sicuti solis radius
minutissimis pulvisculis. Secundum
patet per Cassiodorum dicentem in tollo bonorum
primum demonum densitate tanta
constipatus est aer iste qui est
inter terram in quo nos quieti esse
sit quia providentia inter eos satis uti-
lis appetibus nostris providens divina
subtraxit. Aut enim horror grauitas
eorum vel horrore vultuum in quibus
pro voluntate sua cum libitum fuit
transformant intolerabili formi-
dine homines consternarentur
3° quia non est eruditus. Seneca ubi supra.
Oratio que sanandis mentibus adhibetur
descendere in nos debet. Remedia non
prosunt nisi immorentur. Leniendi
sunt que nata excitent. Compescenda
que titillant. Dissuadenda que fallunt.
Inhibenda luxuria. Corripienda
avaricia. Quid horum rapti potest fieri.
Quis medicus egros in transitu curat.
Certo quod non est preciosus. Idem ubi supra.
Quemadmodum per proclive currentium
non ubi visum est gradus sistitur sed incitato
corporis pondere servit ac longius quam
voluit effertur. Sic ista dicendi
celeritas nec in sua potestate est nec
satis decora philosophie que ponere
debet verba non proicere et pedetemptim
procedere. Hoc tamen imitantur homines
eis qui sunt conatati propter dentes
quamvis quod talis plura sentit quam
exprimere possit. Iob vi Numquid sic
locutus est homo sicut hic loquitur.
Unde Seneca ubi supra audisse te scribis sera-
pionem philosophum solere magno cursu
verba convellere que non effundit
immo premit et urget. Plura enim
veniunt quam quibus una vox suf-
ficiat. Et infra. Vix oratori per-
missum talem dicendi velocitatem
irrevocabilem et sine lege vadentem.
Nos etiam cum scribimus interpungere
assuevimus. Cicero quem ut a quo romana
eloquencia exiluit gradarius fuit. Ro-
manus sermo magis se circumspicit
placet quod estimandum. Hec ergo in modo
sapiente recipio non exigo ut
oratio eius sine impedimento ex-
eat proferatur tamen malo quam profluat.
Et infra. Quemadmodum sapienti viro
incessus modestior convenit ita
oratio pressa non audax. Summa ergo su-
marum hec erit tardi eloquentem esse
iubeo. Unde quia hec magis pertinent
ad docendi modum et ad precepta
rethorice partibus omissis membra
alia narrare. Quinta pars huius
secundi tractatus agit de doctrina
hominibus pertinente ad pastores et hec
quadruplicatur de pastoris institu-
tione de pastoris successione de
persone condicione de officii executione.
Institucio pastoris manifestatur in hoc
quod mundus sine doctrina numquam fuit
quod in novo testamento gracia claruit
quia declarata gracia doctrina profecit
quia auctoritas a Christo in petrum descendit

octrina lectoribus ex parte consi-
derata subiungitur pastoralis
doctrina. Et primo videamus de pasto-
re secundum institucionem successionem persone
condicionem et officii execucionem. De
institucione manifestum. Nullo enim
tempore mundus sine doctrina fuit sed in
novo testamento gracia claruit ex
qua declarata doctrina profecit. Cuius
auctoritas a Christo in petrum descendit.
Primum manifestum est. Prima die dixit
deus fiat lux et facta est lux quod ad
angelicam naturam pertinet que multo
splendore rutilans sapiencie creata
est. Quarto die ceperunt tempora quo
condita sunt sol et luna et si-
dera in quibus designatur sapiencie

lucculencia Sexto die conditus
homo primus qui sapia plenum te
ad innocentiaz et scia p excellenciaz
experienciaz p9 modum e repletus in
disseminatu est genus humanu et
successerunt dive doctrinarum tusco
patriarchas qui docuit filios isrl
usqz ad aaron qui primus in lege
scripta sacerdotale nomen accepit
primus namqz sacerdotum fuit sz primus
melchisedech et p9 hunc abraz
ysaac et iacob obtulerunt sacri-
ficia sz no fecerunt hc aucte sac-
dotali sicut aaron pontificali
stola indutus et p9 moysen sic
in leuitico pzt instructus sz ma-
gis spontanea uoluntate vbi
et moyses consecratus moyses
aut gerit typum x̄ qui dns e
pontificum et princeps sacerdotu
aaron aut gerit typu epozuz
filii aut eius inferioru sacerdotum
aaron enim sic tunicaz cepit acce-
pit poderem stolaz sancta et co-
rona aureaz sic humerale et rōle
filii aut eius sic tunicas lineas ac-
cincti tn° et thiarati ita asta-
bant sacrificio dei sonitus et tinti-
nabulorum in veste aaron lex
sacerdotibus data patribus indicant de
doctrina sic scriptu est xl° dedit
illis in preceptis suis ptatem in
testamentis iudiciorum docere iacob
testimonia et in lege sua lucez
dare isrl Sym pzt luce yo Nato
x° angelus domini iuxta pastores
astitit et eos claritas dei circumful-
sit stella etiaz magos adduxit
lucem pfigurando quia ptus
gencium qui habitabat in tenebris
uidit que p9modum radiorum eius
suorum circumfulgencia mundum
a tenebrarum errore purgauit
Qua Job attestante lum illius
sup omes terminos terre 3m patet
de profectu doctrine instruare
nobis ex illa plenitudine gre

Quis enim nesciat qd ex gracia
doctrinam deus administrat Job xxx-
viii° Quis dedit uehementissimo
ymbri cursum et uiaz sonantis
tonitrui ut plueret sup terraz et
producerent herbas virentes.
Quartu pz In nouo enim testa-
mento post xpm sacerdotalis
ordo a petro sumpsit inicium
cui dns sup ecclesiaz dedit ponti-
ficatuz. cui dedit claues regni
celorum Qui primus ligandi atqz
soluendi ptatem accepit et
primus ad fidem ppli uirtute sue
predicacionis adduxit Inde apli
p mundi climata diuisi sunt
qui ecclesias docuerunt pro quibus
epi successerunt hic est petrus
qui uocatus est cephas. Qui
Joh ulte audiuit a dno pasce
oues meas De pastorum succes-
sione vbi agitur de pastore suc-
cedencium sapia ut in hc capitulo
de pauli spali supereminencia

octorum primorum institucioz
secunda e successio eorum
in quo primo mirant diuine sapie
pulcritudinez doctrine succedencium
habundanciam fluentorum eorum administr-
acium plenitudinez. pauli inter
alios spalez sollicitudine atte
dentem pulcritudinez eius qui
omnia pulcre disponit sicut
tpi congruit et hominibus expe-
dit Sicut enim diuerse stelle suc-
cessiue oriuntur ad illuminandam
noctem donec lucifer radiet
Ita successiue fluxit doctrina
donec x° appareat qui uerus
lucifer erat Vnde ambrosius in hom. i. noc
turni spacium dum decedencium
succedenciumqz stellarum cursibus
illustratur magno celi decore
pagitur hanc etiam pulcritu-
dinem noui et ueteris testamenti

concordia. In exordio enim veteris
testamenti post gesta abrahe ysa-
ac et iacob et duodecim patriarcha-
rum, sequuntur gesta moysi et aaron
et eorum qui egressi sunt de egyp-
to et defecerunt in deserto. deinde
eorum qui cum Josue ingressi sunt
terram promissionis. Sicut etiam
in exordio novi testamenti in
figuram precursorum agitur de zacharia
Johanne baptista. et homine christo
ihesu et duodecim apostolis. et de
hiis qui acceperunt donum spiritus
sancti deinde agitur de paulo bar-
naba et de illis et de illis qui
relicta synagoga introierunt ad po-
pulum gentilem qui tunc locus
horroris et uaste solitudinis
ubi et torquerunt quoniam ad corpus
omnes apostoli et multi cum eis post
Johannem baptistam evangelista
complentes in seipsis qui dicant
passum christi deinde agitur de Johanne
et de hiis quibus data est pax in
asya sub eodem populo qui fuit quasi
alter yoseph. et alter Josue conditor
sacrorum dei divisit hereditatem
duodecim ecclesiis sicut Josue xii
tribubus in funiculo distributionis
attende doctrine succedentis
ordinem. sicut eva producta
est adam dormiente sic etiam
formata est christo moriente. Et
post resurrectionem misit apostolos
et discipulos ad predicandum
circum per orbem terrarum. relictis
fortibus misit debiles. relictis
sapientibus misit insipientes.
relictis divitibus misit pau-
peres. Tales enim ut dicitur
thor lxi et xxxi et xxxiii ad
predicandum christum venire debebant
hii de laude propria nichil nil ha-
bebant. ut tanto plus veritatis
cognoscere esse quod agerent
quanto et apte cuncti qui

ad hoc agendum est per se ydo-
nei non fuissent. Unde post eos
successerunt apostoli deinde custo-
dem martires et doctores secundum
vicissitudinem temporum apparentes
Unde apostolus quosdam posuit in
ecclesia primum quidem apostolos etc. Et in
Job dicitur qui facit arcturum et oriones
et hyades et interiora austri ar-
turus qui in celi axe constitutus
vii stellarum radiis fulget
qua sunt uisarum et nunquam mergitur
ecclesia est que dona septiformis
gratie spiritus tenet et claritate summe
veritatis illuminata et irradians
quasi ab axe summo lucet que
persecutores patitur continue sed non
deficit in tribulatione. oriones
oriuntur in hyeme et suo ortu
tempestates excitant et maria
terras quoque perturbant. Isti martires fuerunt
qui dum nati sunt ad predicationem
ecclesie propter molestias quasi pas-
si sunt contra faciem venerunt
quasi in hyeme. Hii turba-
uerunt mare et terram quia ammo-
uerunt idolatria et provocauerunt
gentiles ad iracundiam cum ui-
derunt clare eorum constantiam
hyades in principio ueris oriuntur
quando sol calorem suum martires ex-
ercet tunc se ostendunt. Hii fuerunt
doctores qui successerunt post
martires eo tempore quo repressa
erat hiemps infidelitatis et calor
incipit in cordibus fidelium sol
iusticie micare. Iste stelle in ortu
suo pluuias fundunt quia super
arentem terram cordium huma-
norum predicationis ymbres fun-
dunt. Committitur cum hac autem qui
[illegible] celos solus et graditur
super fluctus maris celos exte-
dit cum apostolos per mundum dilatat

et super fluctus maris dorsum conderebat
quia quando procelle persecutionum
erigebantur mediocrium predicatione fran-
gebantur et sic via fidei parabatur
post modum fecit arcturum et oriones
et hyades et interiora austri.
Auster enim est fervor spiritus sancti quo
dum repletus quisque fuerit ad
amorem patrie spiritualis ignescit,
hoc est quod in calore interiora
austri sunt illi occulti ordines
angelorum et celestis patrie sinus
secretissimi quos implet calor
spiritus sancti ibi enim et angeli
qui occultantur in abditis et per
diem quasi in meridie sol arden-
tior et clarior et elevatior
quia mortalitatis iam pressa ca-
ligine qui illic pervenit manifestius
videt, flammamque ardet et ad alt(io)-
ra se elevat, eo quod veritas semet-
ipsa eos subtilius illustrat, vel
luminis intime contemplationis in-
sine intermissione, umbra muta-
bilitatis, caloris sentitur sive
obscuritate corporis, ubi invisibi-
les chori quasi astra micant
in abditis, unde non pervenit modo
a nobis quia nimius eos contulit
claritas divini luminis. Accedo flu-
entorum plenitudinem primo
in quatuor evangelistis, secundo in quatuor
doctoribus principalibus Jeronimo,
Gregorio, Augustino et Ambrosio, qui ir-
rigaverunt universi faciem orbis, hii
sunt quatuor flumina paradisi du-
centia originem a Christo tamquam ab origine
fontali que describuntur Ezechiel
i sub alia figura quadruplici animalium
quatuor dicta quos vidit Ezechiel
habere faciem hominis vituli aquile
et leonis, Christum enim predicabant
qui in incarnatione nativitatis factus est
homo, in passione sua pro nobis
immolatus est ut vitulus, in resurrectione
sua virtute divinitatis resurrexit ut
leo qui apertis oculis dormire per-
hibetur, quia ut ex humanitate quasi
dormiens moreretur, ex divinitate sua
immortalis effectus quasi vigilans
suscitabatur. Ascendens autem in ascen-
sione sua factus est ut aquila,
ergo qui nascendo hominem, morien-
do vitulum, resurgendo leonem,
ascendendo aquilam Christum designa-
verat, sicut recte in alio habuerat
Omnis et electus homo est per
rationis discretionem, vitulus per
carnis mortificationem, leo per stabi-
lem collationem, aquila per subli-
mem contemplationem. Item sunt
qui per quatuor mundi partes quatuor
dotibus virtutibus et quatuor spirituales
affectiones unde Ezech. i manus
hominis sub pennis eorum in
partibus quatuor. Quatuor partes quatuor
mundi regiones oriens occi-
dens septentrio et meridies, per
hec quatuor climata Christi predicatio
penetravit. Quatuor est expressa per
quatuor et per quatuor intelligimus
cardinales virtutes. Et quia
secundum due penne singulorum iungebantur
et due tegebant corpora eorum quorum
assertiones designantur per quas ascen-
sus penetratum ad levatur, sicut
scriptum est due penne singulorum
iungebantur, quia de superioribus contem-
plabantur. Amor enim et spes ad
superna nos elevat et coniungit
ad invicem. Dum electi amant
celestia que sperant et que se amant
alterutrum et duo corpora tegunt
quia timor et dolor ab oculis
dei mala perpetrata abscondunt,
Zelus vel quatuor evangelistis ut dictum est,
et quatuor principales successerunt doctores
Jeronimus qui docuit historiam, Ambrosius
qui allegoriam, Gregorius qui tropologiam,
Augustinus qui anagogiam, omnia naturalia

tenuit legens hystorialit sacre
scripture literam omnia logica phi-
losophorum docens allegoria
omnia moralia phorum doces
tropologia Nam enim virtutes
per consuetudinem dantur sm per
gratiam infunduntur omnia metha-
physica docens anagogice po-
nunt enim hystorie singularium
ut ymaginatio circa utilia occupetur
et ab inutilibus rerum corporalium
ymaginabilium ne ipsam impe-
diant spolietur et tamen sub credibi-
libus denotatis connotatis latitat
prime bonitatis cui deservit sensus
litteralis Allegoricus sensus deservit fidei
ut eam excitat et conscendo ex
illis singularibus ad verbum incar-
natum quod est verbum summo et maxime
in opere incarnationis quod maxime
creditum purgat et gratie ad mode-
dum illuminat Tertio est sensus tro-
pologicus ut spiritualia videns
intellectualiter a fantasmatibus
expeditur et in illis se exercens
spiritualis efficitur tam intellectu quam
affectu Quarto est anagogicus
per quem anima intelligit quod credidit
et sapit quod intellexit Secundus gre-
gorius sacram rerum corporalium hysto-
riam et naturalia et mathematica sper-
nit doctor ambrosius docens alle-
goriam collocas fictiles reiciens
ad xpm deducens fiat per alle-
goriam commutat Gregorius autem
consideraciones moralium phorum
in copiosas ad aptaciones confert
Augustinus autem vanas et siccas cogi-
taciones aliis intentiones entis
exsufflat et veritate intelli-
gentie insistat phisica enim consideratio
usque in celum sensibile ascendit
et stellarum fines nam figuras
armonias et motum considerans

demonum falsa fascinata ymagina-
ciones fabricavit quibus minime
ex stellis quas principium mundi
esse credidat assignavit et ex eis
descendere mundum ex stellis credidit
et eis cultum impendit Contra hunc
consideracioni occurrit Secundus ducens
non astrum corporale sed verbum excogi-
tandum non sicut celi sed figura
dei substantie dei est accedendum et non
condescensus veritatis astrorum
sed condescensum dominum et narium
et non est cui credi debat ydolum
artificiale inanimatum omni intellecta
cens contra corpus naturale animatum ve-
getativa sensitiva et racionalis vita
cui condescendit verbum caro factum
hec doctor ambrosius ingoc dominus
actum et inde recepe pastum quod
de utero virginis nutientis verbum
caro factum Gregorius vero non stellas
corporales docuit causas horum
sed rationes eternas quasi stellas
splendentes super faciei racionalium
mentium Augustinus autem non ponit
principium vel causam solidam ce-
lum ut unitam aliquam unifica-
tem mundi sed eum qui solus est principium
et causa omnis creature Et tanquam
quadam quadriga devenit Augustinus
animus ad suum supersubstantiale
principium a sensu procedendo ad
ymaginationem ab ymaginatione
ad racionem a racione ad intelligentiam
ab intelligentia finaliter tu excendo sic
per se est in prima essencia Quare
quatuor doctrina quod suum origina-
le principium reducat animum Et
sicut civitate sunt quatuor flumina
paradisi sic quatuor hii doctores
vera quadriga aminadab et qua-
tuor vectes quibus vectes missi sunt
ad portandum archam domini Quos
felicis memorie stephanus episcopus
tornacensis breui versu depinxit
sub suis proprietatibus dicens hic
pius hic verus hic sobrius

ste seruus. Attende pauli sollicitudinem preter illa que extrinsecus sunt instancia mea quottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Angelis diuisis commisse sunt diuerse partes orbis ut custodiunt eas, sed paulus sollicitudinem habebat non ad particulares sed ad omnes ecclesias secundum Crisostomum omelia ija de laudibus pauli. Nullus angelorum ita creditum sibi populum gubernauit ut paulus uniuersum orbem. Supra ad comitat paulus orbem terrarum ymmo nos eciam ne putemus ab illo aut sic est custoditus quemadmodum fuerat a deo institutus.

octoris gentium laudibus inherentes et eius sollicitudinem specialiter attendentes mirantur ipsius dignitatem ex aliorum comparacione, potestatem ex eius accione, utilitatem ex proximi erudicione, caritatem ex ypsius dilectione. Attende dignitatem. Videtur enim michi in pauli anima spiritualis paradysus et locus amenissimus omnium virtutum florida uenustate multiplicatur adornatus. Unde tam multa confecta sunt electuaria languencium spirituum efficax medicina. Et cum singuli electorum singulari gaudeant prerogatiua virtutum, paulus cumulatus habebat omnia bona gratuita quibus electorum domini populi tamquam effulgebat singulari prerogatiua. Laudatur abel propter sacrificium quod obtulit; laudetur paulus amplius qui se per dies singulos ymmolauit. Ego inquit iam ymmolor, ubi sanguinem suum hostiam appellauit. Sed et si ymmolor inquit super sacrificium et obsequium fidei uestre gaudeo et congratulor omnibus uobis, propter quod et uos gaudete. Abel cayn fratrem occidit, paulus ab eis occisus est propter quorum salute plurima mortis discrimina tollerat. Laudatur noe vir iustus et mundi te diluuio suum custodiens octonarium, sed laudatur amplius paulus vir perfectissimus qui feruente flagiciorum diluuio uniuersum a naufragio liberat orbem terrarum. Inmunda siquidem animalia collegit in archam et feritatem eorum uertit in mansuetudinem mutando naturam. Miluos et accipitres eius archa suscepit ex quibus columbas et turtures fecit. Archa uero noe coruum includens coruum emisit sed quia naturam non mutauerat eam forte cadauer illexit. Laudatur abraham quia pro obediencia reliquit patriam propter fidei cultum, renunciat parentis affectum; sed laudetur amplius paulus qui non tantum patriam et parentes destruit ymmo mundum etiam uniuersum. Addo etiam ipsum celum dum tamen tenet indissolubiliter christum suum. Scio inquit quia neque presencia neque futura neque profundum neque creatura alia nos a caritate poterunt separare. Non filium suum paulus obtulit sed seipsum milies ymmolauit. Laudatur ysaac propter eius pacienciam paupere quod cum puteos quos ipse et eius sui foderant cum impletos uideret et obrutos cedendo magis esse censebat et demigrando locum aliud incolere quam impijs rebellare; sed laudetur amplius paulus qui non malem implens puteum sed lapidans corpus proprium modis quibus poterat portare studebat in celum. Putabat flumos uberum eluere qui magis in aquas plurimas redundantes ingerentes scaturigenem ebullire ceperunt ubique et stagnare. Laudatur Jacob propter perseuerantiam et longanimitatem quibus pro uxoribus deseruiuit, deseruiuit pecora, custodiuit frigora, tollerauit cauma, ta superauit; sed laudetur amplius paulus adamantinam huius estum diei et incendium noctis

gelicidium temptationum dispendium
librorum et librorum imperium fluc-
tuum et maris naufragium cottidia-
nam famem et ieiunium pro xpi spo-
sa scilicet ecclesia per totam continuam vi-
tam et tollerans ille pro omnibus
rapacitati opposuit se ferme iste
per innumeris calliditati demonum
Laudatur Joseph pro singularis
excellentia puritatis qui tamen uxo-
rem habuit et filios fecunditatem
expertus est copule coniugalis de
cuius laudibus ambrosius in libro de
officiis ait de Joseph quid loquar
qui utique habebat cupiditatem lib-
tatis et suscepit servitutis necessitatem
quam subditus in servitute quam con-
stans in virtute quam benignus in
carcere sapiens in interpretatione in
potestate moderatus in uberta-
te providus in fame iustus or-
dinem laudis rebus adiungens
et oportunitatem temporis equitatem
publici officii sui moderatione
dispensans Sed laudatur amplius
paulus quod comparare castitati Joseph
salva pace ipsius duximus indecens
in ridiculum prestitum ad iam mor-
tificatus in carne sed dicere audeo
mortuus in spiritu contemnebat omne
quod sub affectu occurrerat oculorum
Scio tamen quod tradicionem quandam
discipuli tecla obiciat paulo
non intelligentes librum cum dicam
eius Volo inquit omnes homines
esse sicut meipsum id est virgines sic-
ut ego sum virgo quinymmo si accipiatur
acta pauli et tecle magis hec
attestantur castitati eius preroga-
tive cum tecle castitatem predicare
debeant et bestie quas se sua-
subiecit eminentissima castitate
et superatis tormentorum diversis generibus
perveniens yconium et inde egreditur
abiens multos predicando convertens
tandem quievit in pace. laudatur
Job ex adversitate qua sustinuit

ex puritate que in ipso enituit
ex adversitate qua de dyabolo trium-
phavit Sed laudatur amplius pau-
lus qui toto tempore vite sue per
confusionem in agone perduravit ab
adversitatibus huius temporis vale-
dixit tanquam aurum in fornace
tribulationis excoctum puritatem
ostendit et astucias sathane
non ignorans cuius etiam sanctitatem
confitebatur demonia ad solam
prolationem nominis eius demones
effugavit Et si Job curam tante
debilibus impendebat paulus
eam in anima mortuis exhibe-
bat Ille domum aperuit peregrinis
iste anima patuit universis ille
boves et oves plurimas habens
in pauperes extitit liberalis paulus
nichil amplius corpore suo pos-
sidens quod super impenderet su-
pererogavit etiam manibus suis
quidquid Job patiebatur in carne cre-
do quod paulus patiebatur in mente
Et si mulier cum parit tristiciam
habet credo quod paulus omnes mulieris
parturientis gravius et dolorosius
affligebatur in tormodo dicens
vel tormento filioli mei quos ite-
rum parturio laudatur moyses
qua perire voluit ut sibi subditus
israhele ne deleretur de libro vite
Sed laudatur amplius paulus qui secundum
Crisostomum non cum perentibus perire voluit
sed ut alii salvarentur maluit ipse
decidere de gloria civitate. Vel secundum
nostros expositores latinos vel ad
tempus vel si esset possibile labo-
ravit ille solummodo pro iudeis
iste profluentes passim sudoris
sanguinei rivulos pro totius
mundi libavit electis Omittamus
Josue samuelem et prophetas alios
causa compendii quibus non pos-
sumus sustinere doctoris gentium
excellenciam debere simpliciter comparari
Laudatur david ex dei dilectione
Sed laudatur amplius paulus cuius
amorem debemus ad deum in summo

virtutis culmine collocare. Laudatur
Helias quia celum clausit, famem
induxit, ignem de celo verbo
deposuit, et pro deo zelavit. Lau-
datur amplius Paulus non quia ista
fecerit corporaliter, sed quia volens anathema
esse pro fratribus et suam differri
gloriam exprimere nesciebat illius
amoris impetu quo in Christum fer-
vebat ardenter. Sed amorem suum ad
Christum declarans: neque, inquit, presencia
neque futura, neque altitudo, neque
profundum, neque alia creatura po-
terit me separare a caritate divina.
Quasi non sufficeret ardorem quem
habebat ad dominum exprimere per
creaturam que est, verum non minus di-
cens et plura, signans creaturam
quam mundus excogitando relinqueret
per quam favoris immensitas panderetur.
Laudatur Baptista Johannes quia
locustas et mel silvestre sumpsit
in cibum, quia secessit in heremum,
quia regis arguit adulterium. Sed
laudatur amplius Paulus qui nec
victu vilissimo sufficientiam habuit
sibi pre studio ferventissimo pre-
dicandi, qui sic mente serenatus
vixit in mundo quasi semotus ab
omnibus victitaret in heremo. Alio-
quin nunquam mente excederet deo, qui
Corinthium adulterum summa latitudine
precedit, qui tamquam potestatem habens
notatum adulterum condempnavit. Sed
iam a terris ad celestia transeamus
et palmam sanctorum angelorum
reddamus, ne deferveat amor quem
habemus ad singularem prero-
gativam apostoli, si plus angelis
preconiis laudantur. Angeli non quia
sunt incorporei. Sic enim pariter
demones laudari, sed quia summum
ministerium exequentes deum suum sunt
infatigabiliter contemplantes,
in uno suam obedienciam exequentes,
in alto suam gloriam obtinentes.
Sed laudatur Paulus amplius angelis
qui sic ministerium suum fideliter et
efficaciter utiliter exequebatur
in terris ut in ipso videretur impletum

quod de angelis est dictum: qui facit
angelos suos spiritus et ministros
suos flammam ignis. Erat enim ut ad-
huc ut homo appareret in terra, sic
elevabatur usque ad celum tercium ad
misteria contemplanda. Dilatatur
amplius in eius preconia lingua
cantoris, sed in eius laudibus pertinen-
dis invenitur insufficiens et eciam
inequalis, quia magnitudo laudandi
copiam sermonis superat et exili-
tatem attenuat laudatoris. Attende
Pauli potestatem tam super elementorum
corporum acciones quam super spirituum pas-
siones, quam super homines, quam
super demones. Illa enim anima aurea
erat et adamantina, auro siquidem
preciosior et adamante solidior.
Nulla discrimina metuebat, non
elementis elisus, non elevatus ex-
timore cedebat, sed in tribulacionibus
amore gratiam exuberabat quasi
elementis quidam angelus in fra-
gili corpore permanebat. Quicquid
penarum [illegible] prolongans [illegible]
quasi iam celum possidens
et cum angelis fruens labores
spernebat et discrimina necnon et
genera tormentorum. Vel plus
desiderabat Paulus pati propter sal-
vatoris honorem quam alii quiescere
post laborem, magis eligens
puniri pro Christo quam coronari sine
Christo, libencius amplectentes propter
Christum supplicia quam alii curialia
ad premia, plus sibi complacens
in cathena quam reges sibi com-
placeant in corona. Nam dolores
ferre pro Christo primorum loco duce-
bat, propter quod et eos gratiam ap-
pellabat. Et quid mirum si rebus
non cedebat corporeis, cum omnes
acciones electorum ferret inflam-
matus intusque incendium caritatis.
Sed forte Paulus videbitur timuisse
quia legitur Cesarem appellasse. Item
etiam misit ad [illegible] tribuni

quasi vellet de periculo liberari sed
quo verbum hoc siue factum ascri-
bemus formidini cum eius desideri-
um summum esset pro christo dissolui
Sed certum est apostolum hoc fecisse nec
predicaret plebibus in ciuitate fa-
mosissima verba vite poterat
enim absolui per sentenciam si non appel-
lasset ad cesaris audienciam Nam
inter plagas et iniurias semper eius
fortitudo crescebat Ita enim disci-
pulis eius constancie formam dabat
ita inquit ut plures ex fratribus
confidentes vinculis meis ha-
bundancius auderent sine timore
verbum dei loqui Sic enim generosum
animum faciunt pericula forciorem vel-
uti nervum exercitacio meliorem Sicut
duras alacritates equanimiter susti-
nentis Sic eius utilitas cum-
rebus diuturnitate subiectos
sibi resuscitat et renouat in cer-
tamine. Habebat etiam potestatem super
suas spiritus affecciones, omnem enim
mensuras et regulas apostolus paulus
inuenimus que affecciones appro-
bant spirituales. timebat enim de
proximorum dampnacione. gau-
debat de conuersione, dolebat
de obduracione, sperabat de vo-
cacione. metuebat eis ichemna-
cacione, cupiebat eis vitam eternam, dolebat
et ingemiscebat expectans cor-
poris redempcionem, gaudebat
in spe futuram expectans resur-
rectionem. Sed ne quis calumpnietur
in paulo quasi carnales affec-
tiones non quia paulus indigeat
nostri defensione sermonis addimus
ad probandum propositum declara-
ciones et ut nostros formemus
affectus sicut oportunitas exi-
git atque tempus Obicitur paulo
timoris affectus Nam per murum
est in sporta depositus datum
ei consilium per implenda purifi-
cacione nec restitit suasionibus
ei ne theatrum ingrederetur et ces-
sit Inuenimus multa similia
que magis declarant eius preconia
omnia enim pro fratrum vtilitate et
edificacione quibus se flexibilem
et placabilem prebuit quorum
consiliis acquieuit nullatenus
timens sed pacem et concordiam
et consensum diligens alioquin ubi
est illud pauli Quis nos se-
parabit a caritate christi Qui enim
moriebatur cottidie mortem non
timuit vicorsum. Sed diximus uicorsum
Nam timere penas non credimus
vicorsum. cum sit nobis origina-
liter ingenitum et naturaliter molitum sed
tum uicorsum est cum ex timore fa-
cimus quod indignum. Ymo et mar-
tires, cum mortis angustias
euenit timuerunt. et timorem
pallore et trepidacionum pro
passionibus ostendunt. et tamen cer-
taminibus non cedentes de morte
victoriam retulerunt. ut pro-
baret in eis timor humanam
fragilitatem. sed timori virtus ex-
imparibus deiformem et perfectissimam
voluntatem Nomine et petrus
timuit quem senescentem virtutibus
maturum et annis alter cingit
et duxit quo ipse non voluit Quam
igitur paulus humanitatis propria
non abiecerat aut calumpnia-
mini vel illuminam miramini
sed admiramini potius virtutem forti-
tudinis in eo plenius refulge-
rem, quoniam corporis que timuit se
monstrauit esse victorem
totum enim expressit quod erat
in eo virtute et deus dedit virti-
bus incrementum. si enim abie-
cisset quod erat hominis in cor-
pore proprio nullatenus ostendisset
exempla virtutis Omnibus enim
angelum incorporeum admiremur
si passionum corporearum timo-
ribus non subdatur. ostendit ergo

paulus quod eum vocat per naturam
et quod habebat per gratiam Obicitur
paulo severitatis et crudelitatis
affectus per quam allexander erarius
ab eo legitur maledictus sed
videtur quia dicens valde resti-
tit verbis meis simone non
expressit severitatis sed doloris
eo quod verbis restiterat veritatis
non enim plebs vindicabat in-
iurias qui maledictus bene-
dicebat persecutorum paciens
sustinebat blasphemias audi-
ens obsecrabat Nonem petre
mortem imputamus ananie
et saphire Non paulum ar-
guimus pro helime cecitate
quod corripuit in virtute Sed formicarium
corinthium sathane tradidit
ad quem pietatis iusticiam non
crudelitatis violenciam declamavit
sicut in secunda epistola ad Corinthios compro-
bavit nec erat crudelitatis
affectus quia sacerdos domini per-
cuciendus ad a domino dicitur pa-
ries dealbatus predixit enim
prophetice quod futurus erat et sacerdo-
tem qualiter sibi ad subditos
habere debet modestiam edocebat
Obicitur paulo superbie et sin-
gularitatis affectus per quem
ab eius consorcio iohannes se-
segregatus sed inde quod illi qui
susceperunt officium predicandi
vite privilegiis excellentissime
debent ornari Non enim navigandi
suscepit artem nec dimicaturus
in acie militari se in belli
fronte constituit qui sufficienter
vel navigare vel bellare
non novit Sic ergo in angustia
temporis periculosioris si minus
institutum vivus quod perfectum a
fronte belli nec tunc dux fiet
principalis paulus amovit
iohannem cognomento marcum

Ne fortasse trepidare faceret aliorum
animos Quibus hoc paulo deputetur
in peccatum vel in timoris vel su-
perbie fastum Obicitur etiam paulo
iracundie et dissensionis affectus
quam in aliquam secundum lucam erat inter
discipulos commoto et dissensiones
motus quod hoc ad paulum eciam non
esset in apostolum notatus sed attendimus
unde quam non cum arguenda ad
procedit iracundia iusto ordine
iusto titulo iusta causa ali-
quam non esset deus amonitorie
irascimini et nolite peccare quoniam
si non fuisset vel esset multo
magis nec conditor vel eadem
inesset vim inter culpam posset in-
stituit aut deus ire affectiones
hec sed accidentia in mutacione quod
possimus et demum exerceri pro ne-
cessitate et utilitate et temporibus
oportunitate servata tamen semper
utriusque pietate quod non dubitamus
apostolum oportunis temporibus effecisse
habebat etiam potentem sed homines
aliquam quo convertisset tot barbaras
naciones ut homo pauper gyro-
vagus et mendicus qui arte exerce-
bat in pellibus vix triginta an-
norum romanos persas partos et
medos indos etiam et scitas ethio-
pes et panormatas et etiam sara-
cenos et omne genus hominum glutit
ad christum ut non eum tam in esse di-
xeris quam volasse sicut enim ignibus
in ducas cadens materias dum
intermictitur apponitur incrementa
prestitur Sic ignea lingua pauli
quibus erat adhibita faciebat
virtute spiritus conflagrari et vanitatis
et voluptatis humores siccato
velut in cinerem prophani hostes fidei
persecutores veritatis adhibebat
in ignibus incendium vite nunc co-
bustibilis erumpente flamma
validius augebat ignis Ventus

persecutionis et flatus in igne arden-
tis ignem augebat quia ventorum
violencia pergebatur et aliorum domi-
cilia concremabat Exurgentibus
enim persecucionibus non permittebatur in
una civitate quiescere sed de regno
in regnum de populo in populum alterum
transiens propinabat civibus illa fluc-
ta salutaria nectaris et remedia
medicinalia lingue sue Videbis
enim medicum nunc igne spiritus com-
burentem nunc ubi gladio dissi-
cantem nunc fovente molli reme-
dio nunc laxantem austeriori po-
culo nunc se coaptantem infirmis
nunc in se traicientem quelibet
sintomata passionis Quis infir-
matur inquiens et ego non infirmor
quis scandalizatur et ego non uror
paucos enim michi unde videor
qui sua defleat vicia sic defle-
bat apostolus aliena Hec sunt arma
domini nostra quibus in homines sua
declaravit efficaciam et que pu-
tabant predicacionis impedimen-
ta triumphorum ipsius efficiebantur
augmenta Quis enim non stupeat
nudum et pauperem et inermem
tantam sibi subiecisse multitudinem
bellicis instructam armis, secta bel-
lorum exerciciis, potentissima astu-
ciis, fortunatissima victoriis tri-
resistere non valentem sed in hoc nichil
ammiror animositatem pauli sed
virtutem magis veneror crucifixi
Arma inquit nostra non carnalia
sed potencia dei ad destructionem
municionum Et ideo sicut igne suc-
census purgatis agris consumitur
ariditas et multiplicitas veprium
et spinarum Et sic in ortu sola-
rium radiorum pulsis tenebris
delitescunt et latitant fures
noctivagi, fossores quoque domorum
Sic lingua pauli populis predicante
velut immani tonitru perstrepente
velut igne vehemencius urente
velut sole clarius oriente consu-
mebatur infidelitas, dissipabatur fal-
sitas, delitescebant vicia mollia
sicut vehementis ignis medio
liquefacta. Hec est ergo pauli po-
testas in homines declarata per
modum avis volantis, ignis et
inflammantis, medici curantis
et militis triumphantis. Habebat
etiam potestatem super demones qui de-
clarabant eius sermonicia, eius in-
signia, eius monita salutaria
eius in corde impressa memoria
Hec enim in paulo timebat et
timent demonia Nam vestes eius
posite super egros pellebant mor-
bos, curabant demoniacos Et
si fures pavent ad aspectum pa-
tibuli multomagis demones
cognoscentes in paulo insignia
crucifixi Audi de paulo crucifixo
Christo inquit confixus sum cruci Et
iterum Ego stigmata domini ihesu christi
in corpore meo porto, et michi
mundus crucifixus est et ego mundo
Hic est egregius ipse signifer ca-
thena pro torque circumdatus pro
purpura sermoniciis vilibus
indutus, pro corona signo crucis
in fronte munitus Qui sceptrum
potencie et virtutis tenebat quoniam
verbum salutis populis proferebat
Unde demones extrahebat Unde
Crisostomus ait lingua pauli sonante
recedebant omnia fugiebat demo-
num cultus, celebritas et festi-
vitas et mores patrii populorum
furores et tyrannorum mine
et insidie domesticorum et persecu-
cio apostolorum operaciones maligne
Sicut autem legimus inter pauli mi-
racula multum formidatur a demo-
nibus eius memoria homo quidam
sibi laqueum ad torquendam vitam
instigante dyabolo preparans ad
secretum cellule in qua hoc a-
geret recepisset funem trabi circum-
misisset

laqueum cepit inuectere nomen-
que apostoli semper inuocabat dicens
adiuua me sancte paule Et
ecce umbra squalida et funesta
que nichil magis uultu quam
demonem simulabat apparuit hor-
tans et dicens Cepta celeriter ex-
ple quod cepisti Et ille cum
pararet hoc opus ut uitam omnibus
extorqueret per beatum paulum inuoca-
bat adiutorem Demum expedito
laqueo cum uehementer urgeretur
ab umbra ut collum immitteret /
Subito affuit alia umbra que
quasi cuidam homini similis erat hec di-
cens ei fuge infelix en paulum
apostolum huc uenientem inuocatus
enim ab homine ecce adest Tunc
euanescentibus umbris homo ad
sensum suum reuersus est festinat
Attende pauli claritatem quam pro-
bare poteris signis verbis scrip-
turis pariter et exemplis Si
gnis enim sibi celitus factis lu-
men perpetuum meruit veritatis primo
enim misericordiarum qui flagellat
omnem filium quem recipit paulum
flagellauit ut eum reciperet excece-
cauit ut illuminaret prostrauit
ut erigeret Afflixit ut sanaret
debilitauit ut uirtute spiritus soli-
daret Subito enim lucens circumfulsit
eum lux de celo lux enim circumfulsit
exterius quem tenebat ignorancie
tenebris interius nisi quia fortassis
infusa luce non iam obscuritate
vel tenebris tenebatur sed immen-
sitate luminis cecabatur Nichil vide-
bat oculis corporis qui celestibus
choris intererat in excessu mentis
et cadens meruit in terra vocem
Audiuit quam dum in uia petrum
staret audire non meruit Sed
quia fides est ex auditu et au-
ditus per verbum dei ideo circumfulsus
luce vocem audiuit dicentis sibi
Saule saule quid me persequeris
ubi se christus pati in membris
afflictis persecutorum ostendit Unde et christus
petro ad martirium properanti
apparuisse legitur et dixisse vado
romam iterum crucifigi Verum tamen

calcitrabat paulus contra stimu-
lum sed ne pungeretur acriter in-
uenit obstaculum ihesum utique na-
zarenum et statim ad uocem sal-
uatoris humiliatur persecutoris e-
latio seuitas detumescit effre-
nata rabies in graciam mansue-
scit succidit oleaster ut oliua fruc-
tifera plantetur in domo domini mu-
tatur lupus in ouem Ramus miluus
erodius in columbas ficatur in
apostolum blasfemus in sanctum saulus
in paulum illuminatus in paradisum
postea rapitur sublevatur in terci-
um celum secreta sibi celestia reuelantur
fons ortorum aquarum inundancium
uirgit impetu fecundat ut areole
irrigentur omnibus uirtutum arborum eius
enarrare ualeat quibus illuminata
primus ecclesia vadijs morum et fidei
luce fulgentioribus rutilat et
chorruscat Non erat illa sancta inflata
tiua sed sui humilitatis detectiua Nam
licet homines omnes excelleret intellectus
intellectiue altitudine tamen se pro-
phetare et cognoscere dicebat ex
parte nec se arbitrabatur comprehendis-
se si ad scripturarum eius indaginem
veritatemque accedit intellectus stu-
pet animus animus quorum misteria
per silencium honorantur scribit ad
ciuitates instruit et personas Casti-
gat etiam paulus corpus suum
et in seruitutem redigit ne cum pre-
dicauit aliis reprobus fiat Uir-
tutum ostendens opera que predicauit
Non est enim speculatiua doctoris sancti
sed actiua Nam uestis leprosa dicitur
ubi duplicitas inuenitur Non est
enim tegmine et subtegmine apta
concordia cum in doctore dissidet
manus et lingua Attende pauli
caritatem et inuenies eam quadru-
plici condicione flammantem
Nam per christum temporalia cuncta de-
spexit Nichil quod esset ad proximi
salutem pertinens ipse neglexit plus

honorem xpi propria salute dile-
xit et seipm eximens totu diuo
succensus amore se in xpm enexit
Nam ea que ppa dicimus in pnti
paulus stercora vocans sic omnia
contemnebat sicut solet h'ba ta
putrefacta contemni Si eni eum
amor tpalium illexisset nuq'm appe-
titus eorum immoderatis inflamate
ydolatre compassus Nichil negle
xit quod esset salutis in proximo
qui pecunias rerum et documenta labo-
rum et corpus et animam supimpen-
debat tpe oportuno laborabat
manibus suis ut ministraret egenis
Et qm in multitudine plebis gl'a
principis optabat ipse anathema
esse pro fratribus ut eos collocaret
in celestibus ut premorum glam suam
ad tpus uel minuet uel differet a
dte si possibile fiet ut sic illa ciuitas
frm suorum redundans copiosior
gauderet Quid plura ad pfectus do-
mus et uirtutibus hret tu sic ignis
in alta prosiliens qui ascendere
intebatur Et sic ferrum in ignem
missum non ignitur s magis ignis
esse uidetur Sic paulus caritatis
igne succensus non tm caritate infla-
matus s ut ita dixim tota esse cari-
tas uidebatur In hijs omnibus admire-
mur paulum glorificemus xpm
Qui cum pre et spu sco viuit et
regnat deus p omnia secula seculo-
rum Amen Sequitur de pasto-
rum condicone et primo de summis
pontificibus de pastoribus regula-
ribus de pastoribus regi secularibus
bus et gnrt de omnibus de summis
pontificibus sunt tria cala primum
manifestat eorum dignitatem Scdm
p oppositum manifestat incedentem
obliquitatem Tcium determinat re-
gim ecce scdm pontificum antiquitatem

octorum condicom requirimus
ps eorum institucom et succes-
sionem Sunt autem doctores ecce

quos pastores dicimus quidam in
superiori gradu ut summi pontifices
quidam in mediori ut prelati secula-
res Quidam in inferiori ut pre-
lati regulares ierarchie constitu-
ti In summis autem pontificibus vene-
ramur eorum dignitatem singula-
rem ptatem vniuersalem ditatem
fundamentalem diximus uel fon-
talem et scitatem exemplarem et
dolemus ex horum oppositis sancti
nois a detractionibus denigratus
dignitatis singularis in hoc consi-
stit qd in omni gne aliquod primum
qd sit principium illius gnis reperi-
tur contingit a quo totum originaliter
fluit sicut e vnitas in arismetica
punctus in geometria tonus in musi-
ca sic deus pr cui prima debetur auctas
in ecca triumphante cuius visionis
finis est nec btitudinis dicente igit
philippus ostende nobis prem et
sufficit nobis Cum eni xps tradi-
dit regnum deo et prd tunc erit
finis sic in militante ecca papa
qui dr pr vnum e principium singulare
a quo descendunt influencie spuales
et carismatum dona in corpus ecce
ut sic deus pr ptatem excellencie
influxit in xpm hominem et a xo
descendit ad papam sic a papa de-
scendit in eccam Et sic int duo
extrema reperitur medium sic int prem
in ecca triumphanti et papam in ecca
militanti mediatorem habemus dm
et hominem ihm xpm Vn dyonisius
in lio de ecclastica Jerarchia co
de sacerdotibus pfectibus ostendit
Qd in ordine epali consumatur
et adimpletur omnis ornatus ecce
ierarchie sic vniuersa ierarchia
angelica et humana in dno ihu con-
summatur et sic ecca non e acephala
la ut sit sic mandragora puella
sine capite sic non est menstruosa
ut luxuriatur in capitum multitudine
s vnum ht tm principium singulare
de quo btus ad eugenium lio iio
Quis e sacerdos magnus summus
pontifex tu princeps epor tu heres
aplor tu primatu abel tu gubnatu

noe patriarchatu abraham ordine melchisedech dignitate aaron auctoritate moyses iudicatu samuel potestate petrus unctione xpc. potestas universalis in hoc est quod nulla creata potestas ei comparatur nulla est in ecclia militante que eius imperio non subiciatur nulla est que non per eius potestatem corrigatur vel etiam dirigatur quod facile providebit qui potestatis eius considerabit emanationem collocationem et executionem Et de emanatione sic xpc verus deus et homo mediante passione paradisum nobis apparuit cuius aditus et introitus sanguis ipsius clavis fuit ipse enim etiam scilicet precio hoc oves redemit cuius mediator est pontifex summus cum xpc in petro sanguinis precio et oves commisit habet quod sibi claves traditas et oves creditas xpi non sanguinis utpote de membrorum fontibus fluens ingens habet scaturiginem profluentiam et emanationem Aliquin que utilitas in sanguine eius si deficeret per arescitionem quasi iam descenderet in corruptionem absit hec a fide mea vel ut credam efficaciam et virtutem xpi sanguinis vel attenuatam in aliquo vel corruptam vel quod credam durante seculo potestatem summi pontificis diminutam habet quantum se extendunt crimina et per delendis criminibus xpi sanguinis efficacia credo quod eatenus se extendat potestas apostolica unde habetur in proemio ad clementinam in criminibus non in possessionibus potestas mea propter illas. possessiones et non propter hanc hab ... claves regni celorum prevaricatores utique exclusuri non possessores ut sciatis ait quia filius hominis potestatem habet in terra dimit
2 tendi peccata De collocatione et collocationis confirmatione Sic summo pontifici concessit dns totius ecclie principatum unde et dns ante passionem dixit petro Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. hec enim universis apostolis cum dixeret Quorum remiseritis peccata remittuntur eis tamen specialiter petro dictum est quodcumque religaveris ligaveris super terram in signum huius quod cum petrus possit ligare ceteros a ceteris tamen ligari non potest circa passionem similiter tamen dixisse potest de omnibus Symon ecce sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum singulariter pro petro subiunxit Ego rogavi pro te petre ut non deficiat fides tua unde est quod ecclie plerisque ... ab aliis apostolis inquinate sunt erroribus variis Sola vero romana ecclia cuius fides in nulla temptatione defecit utpote super petram stabilem solidata nullis erroribus nullis heresibus potest vel potuit vel poterit inquinari licet enim prora vacillet in mari licet carina fluctibus elidatur puppis tamen permanebit immobilis post passionem simul cum dns a petro 3
tercio quesivisset Symon iohannis diligis me plus hiis et ille 3o respondisset Dne tu scis quia amo te Statim dns ei tercio precepit Pasce oves meas pasce agnos ipse est enim petrus qui solus vocatus est in plenitudinem potestatis tamen omnes alii in partem sollicitudinis sunt vocati Unde cum alii discipuli post resurrectionem venissent ad dnm navigio petrus succingens se misit se in mare ceteris apostolis singula sibi navicula singule scilicet ecclie sunt commisse petro vero mundi universitas est commissa Jacobus enim qui columpna videbatur esse ecclie et sola ierosolimitana est contentus et singuli singulis petro vero ecclia universis commissa est quod orbem exeat qui aliquem voluit invenire qui ad eccliam summi pontificis non pertineat Et de executione sic quedam sunt que sic inherent aplice sedi et summo pontifici quod non possunt per alios expediri nec fuerunt cum generali mandato vel mandentur in speciali

tursbco ut confirmacio epi uel electi confir
mati exemptio eorum restitucio
ab ordine depositorum iudicalis
diffinicio et privilegiorum suorum
interpretacio et multa consilia
que plane determinant iura canonica
de quibus non est modo dicendum per
singula sed hiis exceptis que forum
iudiciale determinant satis apparet
eius potestas universalis et executio
potestatis in eis que pertinet ad excel
lenciam fori penalis ut in relaxa
cionibus et indulgenciis ipse est
enim sponsus ecclesie et ideo potest
obligare bona sponse thezaurum
scilicet ecclesie et de ipso fidelibus uel
in parte uel in toto prout dignum
duxerit relaxare non repugnante
contraria uoluntate in eo cui fit
relaxacio sed secundum diuina precepta
concessio quoniam actus actiuorum sit in pacien
3 tate disposita veritas fundamentaliter in
parte patuit quod fides petri usque nunc
perseverauit et imperpetuum stabit donec
terminato seculo in eternitatibus visio
ne tursbit xc enim dominus nobiscum
erit usque in consummacionem seculi
et expone in specie sacri In illa enim
forma quam assumpsit de uirgine
est tursbco in altari videtur sub
forma panis et vini quos aut con
flictus fides petri sustinuit et
semper de omnibus triumphavit tursbco
gentiles hereticos et scismaticos
qui contra fidem catholicam exarse
runt purgacionem molestiis pro magna
parte iam reddiderunt Et ut aut ho
norum super canonem expone de uode
tres dimicauit et dimicabitur
contra sponsam priores cum se aductum
et tercio post aductum primum bel
lum fuit in aula inter tyrannum et
imperatorem et inter utriusque partis prin
cipes et potestates Cum imperium tyra
nus inuasit et similis altissimo
esse uoluit et pro parte non
modica sibi angelica natura
consensit et de aula cecidit et
incurrabilia flagicii sui debitam
penam soluit Secundum bellum fuit sub
gigantibus inter filios dei et filios
hominum i inter pastores abel et pro
geniem caym quod ceptum ab abel
et caym et terminatum est diluuio
In hoc bello signifer abel ceci
dit sed tamen uictor coronam promeruit
Tercium bellum fuit sub edificatoribus
turris inter bonos et malos quod
cepit a sem et a cham et fini
tum est in diuisione linguarum
Quartum fuit sub patriarchis inter
circumcisos et incircumcisos quod cepit
ab abraham et pharaone et ter
minum habuit in submersione ex
ercitus pharaonis in mari rubro
In hoc bello persecutus est ysmael
ysaac laban iacob fratres sui
yoseph egipcii filios israel Quintum
fuit sub data lege inter dei cul
tores et gentiles quod ceptum est
a iosue et amalech et finitum
fuit sub pontifice pacifico re
gno salomonis Sextum fuit sub
regibus et prophetis inter electos
et israhelitas vel inter babilo
nes et iudeos quod cepit a roboam
et ieroboam et finitum est sub au
gusto tempore pacifico In hoc bello
omnes duces primitiue ecclesie scilicet pro
phete et tamen palmam uictorie rece
perunt Sub gracia uero Primum
bellum fuit inter sponsum et adulte
rum videlicet inter xpm et dyabolum quod cep
tum est ab herode et principibus et finitum
est in destruccione ydolatrie et uo
cacione gencium In hoc bello pro
pter tamen adulterio duellum iniit cum eo
eum in die belli i parasceue crucis
cuspide tursbco mox quod duces
sui exercitus misit qui ciuitates
iniuste a tyranno possessas eo
rum tempore quod apostolos per orbem
misit qui vicos et ciuitates
castella a dyabolo per ydolatriam

obsessas ad fidem veri regis christi
renovaret Secundum bellum fuit sub
persecutoribus inter christianos et pa-
ganos quod cepit a petro et
nerone vel sub symone mago
et finem habuit sub constantino In
hoc bello signifer regis stephanus
traditur omnibus quod duces eius scilicet apostoli
corruerunt necnon omnis exercitus
martirum succubuit et coronam vite
promeruit Tertium bellum fuit sub con-
fessoribus inter hereticos et catholi-
cos quod cepit ab arrio et alexandro
episcopo et finitum est in constantinopolitano
concilio In hoc bello athanasius
ieronimus augustinus et alii quamplures clari
fuerunt qui milites christi preclaris
armis instruxerunt Quartum bellum
nunc gerit sub religiosis inter veros
et falsos fratres quod etiam cepit a
iuda et petro sed maxime invaluit
quando claustralis religio institui
cepit finietur etiam sub antichristo
vel potius in fine mundi Quintum
bellum erit sub antichristo quod incipiet
a predicatione helye et enoch et
finietur in morte antichristi In hoc bel-
lo corruent duces et regine he-
lias et enoch et omnis exercitus
martirum et ipse caput malorum
antichristus Sextum bellum est inter
regem glorie et regem superbie
inter homines et angelos In hoc
bello rex christus cum omni exercitu an-
gelorum adveniens hanc babilo-
nicam civitatem dyaboli comburet
ipsum hostem cum omnibus suis in
stagnum ignis et sulphuris pre-
cipitabit et sponsam suam gloria
et honore peracto bello donabit
in talamo glorie collocabit et se
ipsum ei talem qualis est patri equalis
manifestabit Hec autem quinaria sed
non ex toto ad propositum pertineat
perfunctorie sit relinquimus tam fide
romane ecclesie venerantes Certum
est quod anno octaviani augusti
xlii herodis autem regis iudee xxxii
natus est christus dei filius qui ex
maria semper virgine in bethleem
iude ab exordio mundi secundum bedam

